This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

G
305

G 305.

Bd. Jan, 1884.

BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

24 April, 1882.

G. 365.

QUAESTIUNCULAE

EPICAE ET ELEGIACAE.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN,

litt. prof. in Academia Rheno-traiectina.

TRAIECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FIL.

MDCCCLXXVI.

QUAESTIUNCULAE

EPICAE ET ELEGIACAE.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN,

litt. prof. in Academia Rheno-traiectina.

TRAIECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FIL.

MDCCCLXXVI.

G 305.

1882, April 24.
Salisbury fund.

PRAEMONITUM.

Huius libelli pars, quae Iliadem spectat et Odysseam, iam vere anni proximi oblata est Academiae Regiae disciplinarum Nederlandicae, prodiitque nuperrime in *Verslagen en Mededeelingen cett.* Quo autem parabiliores fierent harum rerum studiosis, visum est, impetrata doctissimae venia societatis, separatim iuris publici facere illas questiunculas, auctas non ita paucis in alios poetas observationibus. Continentur autem hoc opusculo VI capita:

I. ad Iliadem . . . . . pag. 1—38
II. „ Odysseam . . . . . „ 38—63
III. „ Hymnos Homericos.. . . . . „ 63—80
IV. „ Empedoclem, Parmenidem, Xenophanem . . . . . „ 80—87
V. Epigraphica . . . . . „ 87—89
VI. ad Hermesianactem . . . . . „ 90.

Capiti primo duas addam observationes, quarum prior haec est: Loco Iliadis *B* 445—473 quatuor deinceps leguntur comparationes. Harum prima illustrat *splendorem* armorum Graecorum, secunda *sonitum* progredientis exercitus, tertia et quarta copiarum *multitudinem*. Sed tertia,

quae contenta unico versu 468 verbis constat paene tota iisdem, quae leguntur in loco Odysseae *ι*, 51, mihi valde suspecta est. Scamandri epitheton *ἀνθεμόεις* hominem haud prorsus ineptum, sed immemorem Biantëi praecepti, fortasse movit, ut hic versiculum ex Odyssea intercalaret.

Deinde Iliadis *Γ* vs. 153 spurium esse crediderim tribus praesertim de causis. Nam et otiosus est et senes illi a bello cessantes inepte vocantur *Τρώων ἡγήτορες*, et Homerica non videtur forma *ἧντο* pro *ἕατο* s. *εἵατο*

Loco *Ω* 237 (vid. p. 37) *Πηλεΐωνάδ'* iam legisse Alexandrinos apparet ex Apollonii Rhodii imitatione III 647 *αὐτοκασιγνήτηνδε* scribentis. Inde tamen non sequitur Homerum ita dedisse.

I. AD ILIADEM.

A 555:

νῦν δ'αἰνῶς δέδϝοικα κατὰ φρένα μή σε παρείπῃ ἀργυρόπεζα Θέτις κτἑ.

Verba sunt Iunonis ad Iovem, posteaquam hunc Thetis de filio convenerat. Manifesto haec verba significare non possunt: *nunc vero valde metuo ne te* INDUCAT *Thetis* cett., sed debent: *nunc vero valde metuo ne te* INDUXERIT *Thetis.*

Quid vero hac sententia requirat syntaxis Homerica, documento est Odysseae locus qui legitur ε 300:

δείδω (l. *δέδϝια*) *μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπεν.*

ad cuius exemplum in loco Iliadis emendandum censeo:

μή σε παρεῖπεν κτλ.

Bentleius, digamma restituendi studio nimia subinde molitus, parum feliciter me iudice h. l. coniecit:

μή σε παρελθῃ,

quod non de re praeterita sed de re futura accipi posse docebit cum aliis locis permultis Od. *ϑ* 230:

οἵοισιν δέδϝοικα ποσὶν μή τις με παρέλθῃ Φαιήκων.

Quare debuerat certe conicere *μή σε παρῆλθεν.* Sed

enim digamma tam saepe neglectum violentis remediis reducere periculosae plenum est ópus aleae.

B 209. Magno cum tumultu Graeci ad concionem ruunt a navibus:

ὡς ὅτε κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
αἰγιαλῷ μεγάλῳ βρέμεται, σμαραγεῖ δέ τε πόντος.

Quid faciat ad rem litoris *magnitudo*, haudquaquam perspicio. Neque enim locum expedit ineptissima scholiastae ad h. l. observatio: *καλῶς δὲ καὶ τὸ μεγάλῳ, ἐμφῆναι θέλων τὴν παράτασιν τῶν κυμάτων.*

Asperum litus et *scopulosum* si dixisset poeta, dixisset aliquid. Asperitate enim litoris augetur fluctuum sonitus. Sed Homero sine controversia reddendum:

αἰγιαλῷ μεγάλα βρέμεται κτέ.

ut recte editur Δ 424:

κῦμα θαλάσσης — πρῶτα κηρύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσῳ ϝρηγνύμενον μεγάλα βρέμει.

Promisce autem neutrum plurale et singulare adiectivorum iungi cum verbis sonandi a poeta

opinor
omnibus et *lippis* notum et tonsoribus esse,

in quo versu Horatiano (Sat. I. 7, 3), si cui forte non persuaserit magni Bentleii explicatio, poterit mecum suspicari Horatium dedisse *lixis*, ut dicat rem gestam olim in provincia tritam esse omnium garrulorum tam in exercitu Asiatico quam in ipsa urbe sermonibus. *Lixas* autem, qui quaestus causa exercitus sequentes cibos vendebant militibus garrulitate insignes fuisse sine diserto testimonio facile credimus.

B 412:

Ζεῦ κύδιϛε μέγιϛε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων,
μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν,
πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον.

Quam recte dicitur *κνέφας ἐπελθεῖν*, tam prave *ἠέλιος ἐπιδῦναι*. Sol aut *δῦναι* Graece dicitur aut *καταδῦναι*. Lenissime corrigas:

μὴ πρίν γ' ἠέλιον δῦναι κτἑ.

Iliad. *Σ* 198:

μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι,
πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσι ϝίδωμαι.

Od. *β* 125:

ἡμεῖς δ' οὔτ' ἐπὶ ϝέργα πάρος γ' ἴμεν οὔτε πῃ ἄλλη,
πρίν γ' αὐτὴν γήμασθαι Ἀχαιῶν ᾧ κ' ἐθέλησιν,

et sic aliis locis. Potuerat quoque poeta canere *μὴ πάρος κτἑ.*
Il. *E* 218:

πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως,
πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

De *πρίν* perperam producto vide quae scripsit la Roche, *Homerische Untersuchungen*, p. 256 sqq.

Γ 40:

αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.
καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν,
ἢ οὕτω λωβήν τ' ἔμεναι καὶ ὑπόψιον ἄλλων.

Aegre careo pronomine secundae personae, quam requirente sententia insero rescribens:

ἤ σ' οὕτω λωβήν τ' ἔμεναι κτἑ.

Nostrorum librorum error esse videtur C neglectum ante O. Od. *π*, 195 e cyclica editione recipiendam puto lectionem memoratam a scholiasta *ἀλλά με δαίμων θέλγει, ὄφρ' κτἑ.* pro codicum scriptura minus eleganti *θέλγει*.

Γ 45:

ἦ τοιόσδε ἐὼν ἐν ποντοπόροισι νέεσσιν
πόντον ἐπέπλωσας.

Hiatus non tolerandus. Quidni potius:

ἦ τοιοῦτος ἐὼν κτἑ.
aut *ἦ τοιόσδ' ἄρ' ἐὼν κτἑ.*?

Γ 285: *τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν ἥν τιν' ἔοικεν,*
ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται.

Nihili est quod Bekkerus edidit *ἔϝοικεν*, quia verbum a simplici consonanti incipiens necessario habuit reduplicationem. Priscum vatem cecinisse suspicor:

τιμὴν δ' Ἀργεῖοις ἀποτινέμεν ὅσσα ϝέϝοικεν,
ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται.

i. e. *ἀποτίνειν ὅσαπερ εἰκὸς τοῖς Ἀργείοις τιμὴν* (appos.), *ἥτις ἔξαι καὶ τοῖς ἐπιγενησομένοις ἀνθρώποις*. Non melius Bekkerus vs. 351 sic edidit:

Ζεῦ ϝάνα, δὸς τίσασθαι ὅ με πρότερος κάκ' ἔϝοργεν.

Nam aut omittendum fuerat digamma aut suspicandum genuinam lectionem esse *κάκ' ἔρεξεν*. Quamquam huic loco, si spectamus usum Homericum, imprimis aptum videtur:

ὅ με πρότερος χαλέπηνεν.

Cf. *T* 183, *Ω* 369, *B* 378, Od. *τ* 83, *π* 72 cett. Loco *E* 766 denuo perverse Bekkerus *ἥ ϝε μάλις' εἴϝωθε κτἑ.* ubi debuerat *μάλιϛα ϝέϝωθε*. *Δ* 341 idem: *σφῶιν μέν τ' ἐπέϝοικεν*. Lege: *μέν τε ϝέϝοικεν*, I 173 idem *πᾶσιν ἐϝαδότα*. Lege: *πᾶσι ϝεϝαδότα*, *M* 38 idem: *νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσιν ἐϝελμένοι*. Lege *γλαφυρῇσι ϝεϝελμένοι*. *Φ* 332 idem *μάχῃ ϝηϝίσκομεν*. Lege *μάχῃ ἐϝεϝίσκομεν*. *Φ* 379 idem *οὐ γὰρ ἔϝοικεν*. Lege *οὐδὲ ϝέϝοικεν* et similiter *B* 233 pro *οὐ μὲν ἔοικεν*. *Φ* 399 *ὅσσα μ' ἔϝοργας*, l. *ὅσσα ϝέϝοργας* et *X* 347 *οἷά μ' ἔϝοργας*, l. *οἷα ϝέϝοργας*,

vel, si pronomine carere nolis, *ὅσσα* et *οἷά μ' ἔρεξας*. *Φ* 583 *ἦ δή που μάλ' ἔϝολπας*. Fort. *ἦ δή που σὺ ϝέϝολπας* et *X* 216: *νῦν δὴ νῶί γ' ἔϝολπα* l. *ϝέϝολπα*. *Ψ* 107 *ἐπέτελλεν, ἔϝικτο* l. *ἐπέτελλε, ϝέϝικτο*. *Ω* 595 *ὅσσ' ἐπέϝοικεν*, l. *ὅσσα ϝέϝοικεν* Plura autem id genus vitia nullo negotio corrigi possunt. Nonnulla iam tetigit Cobetus in Mnemosyne 1874, pag. 201 sqq.

Γ 451: *ἀλλ' οὔτις δύνατο Τρώων κλεϊτῶν τ' ἐπικούρων*
δεῖξαι Ἀλέξανδρον τότ' Ἄρηι φίλῳ Μενελάῳ,
οὐ μὴν γὰρ φιλότητί γ' ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο,
ϝῖσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

Sententia et grammatica postulant:

οὐ μὴν γὰρ φιλότητί γ' ἔκευθον ἄν, εἴ ϝε ϝίδοντο.

»Non enim sane propter amicitiam Paridem Troiani abscondissent, si eum vidissent." qua emendatione simul liberamur pravo verbo *κευθάνω* *), quod alibi nusquam repertum est.

Δ 26 pro *θεῖναι* malim *θέμεναι*, ut scribitur loco simillimo vs. 57 et mox vs. 65 legerim *ἐλθέμεν* pro *ἐλθεῖν*. Similia multa, quae pluribus persequi nihil attinet, corrigi possunt et debent in carminibus Homericis.

Δ 318 sqq. Cum hoc loco aliisque compluribus, ubi Nestor cum gravi desiderio memorat iuventutis suae facinora, apte comparaveris Shakespearium in fabula *King Richard* II, Act. II, sc. 3 med., ubi sic York:

Were I but now the lord of such hot youth,
As when the brave Gaunt thy father and myself
Rescued the Black Prince, that young Mars of men,
From forth the ranks of many thousand French.

Δ 403. *Καπανεύς*. Hoc nomen proprium non diversum videtur ab appellativo *σκαπανεύς*. Cf. *καπετός* = *σκαπετός*

*) Rectissime animadvertit Naberus formam *κευθάνω* pugnare cum analogia, quae requireret *κυνθάνω*. Cf. *τυγχάνω*, *πυνθάνομαι*, similia multa. Unum tamen afferri potest *ληθάνει* Od. *γ* 221, si ea lectio sana est nec mutanda in *λανθάνει*.

(apud Hesychium), *κίδνημι* = *σκίδνημι*, *ϝέγος* = *τέγος*, *σφενδόνη funda*, alia non ita pauca.

E 46: *νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον*. Schol. *A πρὸς τὸ φυγεῖν δηλονότι*. Schol. *BL ἐφαψάμενον τοῦ ἅρματος καὶ μέλλοντα τελειῶσαι τὴν βάσιν* (f. *ἐπίβασιν*) *ἔφθασεν ἡ τοῦ πολεμίου πληγή*. Qui haec scripsit *ἐπιβησόμενον* habuit pro participio Futuri, neque aliter iudicare videntur recentiores. Non tamen sinit ipse poeta canens in ipsis sequentibus *ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων*, unde apparet esse participium Aoristi II *ἐπεβήσετο*. Nemo enim hercle *currum conscensurus* potest *excidere curru*, potest *currum conscendens*, potest *conscenso curru*, ita ut pro poetae mente necessarium sit aut Praesentis aut Praeteriti participium. Similiter Π. O 382 *καταβήσεται* non est Futurum, sed coniunctivus Aoristi II:

οἳ δ', ὡς τε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, ὅπποτ' ἐπείγῃ
ϝὶς ἀνέμου κτέ.

coniunctivus, ut *M* 278:

τῶν δ', ὡς τε νιφάδες χιόνος πίπτωσι θαμεῖαι κτέ.

et alibi.

Contra *ἐπιβησομένοις* loco Ψ 379 est Futuri participium.

Difficile dictu est, quae sit vis participii *δυσομένου* Od. *α* 25: *οἳ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἳ δ' ἀνιόντος*. Aoristus enim ibi non multo est aptior quam Futurum. Nec tamen rescribere ausim *δυομένου*, vocali constanter brevi sola vi arsios producta, licet haud ignorem quam late is usus pateat.

E 310 et *Λ* 355:

ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

Sententia id postulat, quo simul turpi liberamur hiatu:

ἀμφὶ δέ ϝ' ὄσσε κτέ.

De structura vide quae infra notabo ad Od. *σ*, 88.

Simili vitio laborat locus *Z*, 123:

τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριζε, καταθνητῶν ἀνθρώπων;
οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ,

ubi necessarium iudico:

οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ σ' ἔνι κυδιανείρῃ.

Quia de omisso pronomine in scholiis siletur, nostrorum codicum errorem esse crediderim *ϵNI* pro *CϵNI*.

E 353:

τὴν μὲν ἄρ' Ἶρις ἑλοῦσα ποδήνεμος ἔξαγ' ὁμίλου.

Quia constat Deae nomen habuisse digamma (vide v. c. 368), apparet aut *μέν* aut *ἄρα* esse insiticium. Optio non est difficilis. Scribendum enim:

τὴν ἄρα Ϝῖρις ἑλοῦσα κτέ.

Quid vero, dixerit quispiam, facies in ipsa vicinia vss. 364 sq. *ἡ δ'* (Venus) *ἐς δίφρον ἔβαινεν ἀκηχεμένη φίλον ἦτορ παρ δέ ϝοι Ἶρις ἔβαινε καὶ ἡνία λάζετο χερσίν.*?

Emendandi viam monstrabunt hi loci:

Λ 511: *ἄγρει, σῶν ὀχέων ἐπιβήσεο, παρ δὲ Μαχάων βαινέτω κτέ.*

et mox ibidem (517):

αὐτίκα ϝῶν ὀχέων ἐπεβήσετο, παρ δὲ Μαχάων βαὶν' κτλ.

et supra (103):

ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευε,
Ἄντιφος αὖ παρέβασκε κτέ.

Unde apparet in talibus nullo opus esse pronomine. Quare corrigendum:

παρ δέ τε Ϝῖρις ἔβαινε κτλ.

Omnem tamen leniorem medelam respuunt loci *Λ* 27 et *Ψ* 198.

E 486:

λαοῖσιν μενέμεν καὶ ἀμυνέμεναι ὄρεσσιν.

Suspectam habeo formam contractam, quae alibi nusquam apparet. *Ὀάρων* est Il. I, 327, *ὀάρους* Hymn. IV, 250 et XXII, 3, *ὀάριζε* Il. *Z*, 516, *ὀαρίζει* Hymn. XXII, 3, *ὀαρίζειν* Hymn. III, 170, *ὀαριζέμεναι* Il. X, 127, *ὀαριϛύς* N. 291, *Ξ* 216, P. 228, Od. *τ*, 179. Accedit denique maior metri suavitas, si scribimus:

λαοῖσιν μενέμεν καὶ ἀμυνέμεναι ὀάρεσσιν.

De digamma, quod vocabulo praefigit Bekkerus, non magis constat quam de vocabuli origine. Cf. Curtius *Grundzüge der Gr. etym.* pag. 317.

E 603:

τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε θεῶν, ὅς λοιγὸν ἀμύνει.

Caesura post pedem secundum non excusat hiatum. Una repetita litera scripserim:

τῷ δ' αἰεὶ πάρ' ἄρ' εἷς γε θεῶν κτλ.

Particulam *ἄρα* saepe denotare experientiam aliquam notum est. Sententia enim haec est: »huic vero semper, *ut apparet*, unus certe deorum astat."

E 664:

βάρυνε δέ μιν (Sarpedonem) *δόρυ μακρὸν ἑλκόμενον. τὸ μὲν οὔ τις ἐπεφράσατ' οὐδ' ἐνόησεν [μηροῦ ἐκϝερύσαι δόρυ μείλινον, ὄφρ' ἐπιβαίνῃ] σπευδόντων· τοῖον γὰρ ἔχον πόνον ἀμφιέποντες.*

Alii iungentes *σπευδόντων ὄφρ' ἐπιβαίνῃ* subaudiunt *ὀχέων*, alii iungentes *ἐκϝερύσαι — ὄφρ' ἐπιβαίνῃ*, in verbo *ἐπιβαίνειν* interpretando sequuntur Eustathium explicantem *ὀρθὸς ϛαίῃ* provocantes ad locum Odysseae *μ* 434. Illi interpretationi praeter incredibilem ellipsin obstat ipsa poetae narratio sequens (Cf. 692 sqq.), huic parum favet locus

quem afferunt, ubi *ἐπιβαίνειν* est *ascendere*. Quare haud scio an versus sit spurius, quo deleto *τὸ μέν* intellegere oporteat *τὸ βαρύνειν* Sarpedonem *δόρυ ἑλκόμενον*, vel, si mavis, tantummodo *τὸ δόρυ ἑλκόμενον*. Vertendum: *quam rem nemo animadvertit*. Cf. Od. *ϑ* 94 et 533: *μιν οἷος ἐπεφράσατ' ἠδ' ἐνόησεν*.

E 772 *ὑψηχέες ἵπποι*. *Ψ* 27 *ὑψηχέας ἵππους*, ubi tamen est varia lectio *μώνυχας ἵππους*. Mirum sane epitheton aetate Homerica posterius esse videtur, siquidem *ἠχή* constanter habet digamma, nec minus *δυσηχής*, v. c. Il. *Λ* 523. Collato autem frequenti epitheto *ἐριαυχήν* et loco *Z* 509 *ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει κτέ.*, haud inepte suspiceris utroque loco primitus fuisse *ὑψαυχένες* (*-ας*) *ἵπποι*(*-πους*). De *ὑψαυχήν* consule lexica.

E 892. Pro forma incredibili *ἀάσχετος* Bekkerus Hom· Blätter I, p. 158 commentus est aliam non minus pravam *ἀάνσχετος*. Debuerat *ἀνάνσχετος*.

Z 255:

ἦ μάλα δὴ τείρουσι δυσώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν
μαρνάμενοι περὶ ϝάϛυ, σὲ δ' ἐνϑάδε ϑυμὸς ἀνῆκεν
ἐλϑόντ' ἐξ ἄκρης πόλιος Διὶ χεῖρας ἀνασχεῖν.

Tam necessaria oppositio inter Troianos *pugnantes* et Hectorem *precantem* quam verbum *τείρειν* praeter morem absolute usurpatum suadent, ut Homero reddamus:

μαρναμένους περὶ ϝάϛυ.

Cf. 327: *λαοὶ μὲν φϑινύϑουσι περὶ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος*
μαρνάμενοι.

Simile vitium I, 327 iam correxit Cobetus scribendo:

πολεμίζων
ἀνδράσι μαρναμένοις ὀάρων ἕνεκα σφετεράων,

ubi male vulgatur *μαρνάμενος*.

Z 262. *ὡς τύνη κέκμηκας ἀμύνων σοῖσι ϝέτησιν.*

Alibi Dorica pronominis forma, qua caret Odyssea, in Iliade

versum orditur *E* 485, *M* 237, *Π* 64, *T* 10, *Ω* 465. Hunc versum si abesset nemo, ut opinor, desideraret.

Z 291: *ἐπιπλὼς εὐρέα ποντον.*

Secundum veteres grammaticos hoc participium *per apocopen* scilicet formatum est ex *ἐπιπλώσας*. Cf. Schol. Ven. ad *Γ* 47, Schol. BV ad *Z* 290 et Schol. Od. *γ*, 15, neque aliter iidem iudicarunt de forma Indicativi, quae servata est Od. *γ*, 15:

τοὔνεκα γὰρ καὶ πόντον ἐπέπλως, ὄφρα πύθηαι πατρός.

Hodie, etsi nemo iam dubitat, quin formae sint defectivae veteris Aoristi II facti ad analogiam verborum in *μι* desinentium, quales aliorum quoque verborum Aoristi ut *βιόω*, *ἁλίσκομαι* cett. tulerunt aetatem, vel sic tamen ad hunc usque diem critici intactum reliquerunt vocabuli monstrum *ἐπιπλώς*. Homeri exemplaria vetustissima procul dubio exhibebant:

ΕΠΙΠΛΟΣ εὐρέα πόντον,

quam lectionem pessime interpretati sunt *οἱ μεταχαρακτηρίζοντες* reponendo *ΕΠΙΠΛΩΣ*, cum debuissent:

ΕΠΙΠΛΟΥΣ εὐρέα πόντον

ut ab *ἑάλων* fit *ἁλούς*, ab *ἔγνων γνούς*, ab *ἐβίων βιούς*, cett. Cf. quae scripsit nuper Cobetus in Mnemosyne a. 1874, p. 372 sqq. Addam pauca generis eiusdem. Legitur *Z* 352:

τούτῳ δ' οὔτ' ἄρ νῦν φρένες ἔμπεδοι οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω ἔσσονται· τῷ καί μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀίω.

Schol. Ven. *τῆς ἰδίας ἀνοίας δηλονότι.* Facile credimus: verum inaudita ellipsis! Nonne potius existimemus, in vetustis exemplaribus cum scriptum exstaret:

ΤΟ καί μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀίω,

poetam id voluisse, quod nostrum est ei reddere:

τοῦ καί μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀίω,

i. e. *τοῦ οὔτε νῦν εἶναι οὔτ' ὀπίσσω ἔσσεσθαι αὐτῷ φρένας ἐμπέδους*. Cf. *O* 16:

οὐ μὴν ϝοῖδ' εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεί̈νης
πρώτη ἐπαύρηαι καί σε πληγῇσι δαμάσσω.

Ex eodem fonte manavit error, quo hodie Il. *E*, 894 scribitur *ἐννεσίῃσιν*, pro quo analogia sine controversia postulat *εἰνεσίῃσιν*, quippe ductum a verbo *ἐνίημι*, ut ab *ἐξίημι* formatur substantivum *ἐξεσίη*, quod legitur Il. *Ω* 235. Producitur enim praepositio *ἐν(ί)* per diphthongum *εἰν(ί)*, non *ἐνν(ί)*, et scribitur *εἰνάλιος*, non *ἐνν̈άλιος*, *εἰνόδιος*, non *ἐννόδιος*. Insuper est *εἰνοσίφυλλος*, ad cuius similitudinem bene Bekkerus edidit *εἰνοσίγαιος* pro *ἐννοσίγαιος*, est *ὑπείροχος* pro *ὑπέροχος*, sunt alia.

Refragatur Homericae consuetudini locus *Ξ* 411:

δέδϝια μὴ δή μοι τελέσῃ ϝέπος ὄβριμος Ἕκτωρ,
ὡς ποτ' ἐπηπείλησεν ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων.

Ad exemplum horum locorum

A 319: *οὐδ' Ἀγαμέμνων*
λῆγ' ἔριδος, τὴν πρῶτον ἐπηπείλησ' Ἀχιλῆι,

A 388: *ἠπείλησεν μῦθον, ὅ δὴ τετελεσμένος ἐξίν,*

N 220: *ἀπειλαί, τὰς Τρωσὶν ἀπείλεον υἷες Ἀχαιῶν,*

Π 201: *ἀπειλάων — ἃς — ἀπειλεῖτε Τρώεσσιν,*

Od. *ν*. 127: *λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι*
πρῶτον ἐπηπείλησε,

quibus adde *Ξ* 190, 127, *Υ* 83 sq.,
expectes loco nostro:

ὅ ποτ' ἐπηπείλησεν κτέ.,

quod non est durius, quam prima syllaba voculae *ἐπεί* initio hexametri vi arsios producta. Vel lenius tamen possis:

Ἕκτωρ,
ὅς ποτ' ἐπηπείλησεν κτέ.

Eodem denique fortasse pertinet forma *περιώσιον Δ* 359

et π 203, quae olim scripta *ΠΕΡΙΟΣΙΟΝ* haud scio an potius in *περιούσιον* refingenda fuisset.

H 12: *Ἕκτωρ δ' Ἰονῆα βάλ' — λῦσε δὲ γυῖα.* Schol. Ven. *Ἀρίσαρχος λύντο δὲ γυῖα.* Omnem fidem superare mihi videtur, Aristarchum, diligentem Homerici usus observatorem, sic h. l. scribere potuisse. Potius crediderim hanc annotationem pertinere ad vs. 16:

ὁ δ' ἐξ ἵππων χαμάδις πέσε, λύντο δὲ γυῖα,

ut ipsam Aristarchi lectionem ibi sequi putemus codices nostros, fuisse autem in editione Zenodotea *λῦσε δὲ γυῖα*, quemadmodum in vs. 12.

H 103:

ὣς ἄρα φωνήσας κατεδύσετο τεύχεα καλά.

En lectionem vere absurdam, in qua neminem haesisse valde miror.

Quantocius corrige *ἐνεδύσετο*, collatis hisce locis:

B 575: *ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσετο νώροπα χαλκόν,*

B 42: *μαλακὸν δ' ἐνέδυνε χιτῶνα,*

K 21: *ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα,*

Σ 736: *ἡ δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα Διός,*

Θ 387: *ὅπλοισιν ἐνὶ δϝεινοῖσιν ἐδύτην,*

Ψ 131: *ἐν τεύχεσσιν ἔδυνον,*

et sic ubique summa constantia.

H 417: *τοὶ δ' ὡπλίζοντο μάλ' ὦκα*
ἀμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην,
Ἀργεῖοι δ' ἐτέρωθεν ἐυσσέλμων ἀπὸ νηῶν.
[ὠτρύνοντο νέκυς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην.]

Ita haec ediderim, mutata interpunctione et reddito ultimo versu interpolatori, quem praeter cetera arguit Accus. Plur. *νέκυς* pro *νέκυας*. Ceterum facio cum iis qui totum locum *H* 313—482 ab antiqua Iliade alienum esse censent. Plura

habet sibi propria velut *ἀνδραπόδεσσι* vs. 475, *κυκλεῖν* vs. 332, alia.

Θ 4:

αὐτὸς δέ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ὑπὸ πάντες ἄκουον. Schol. Ven. verbum interpretatur *πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις ἤτοι ἐκόντας ἢ ἄκοντας*. Rectissime: sed nescio an loci ratio potius suadeat: *ἐπὶ πάντες ἄκουον*, i. e. *omnes aurem praebebant dicenti.* Sic v. c. I, 100: *τῷ σε χρὴ περὶ μὲν φάσθαι ϝέπος ἠδ' ἐπακοῦσαι.* Cf. Od. ϱ 584, ω 261, cett. Non tamen neglegendum scriptum esse in libris quibusdam:

θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἄκουον.

I 337:

τερπέσθω· τί δὲ δεῖ πολεμιζέμεναι Τρώεσσιν;

Verbum impersonale *δεῖ* Homero ignotum est.
Restituendum puto quod creberrime legitur *χρή*.

τερπέσθω. τί χρὴ κτἑ.

Asyndeton commotiori orationi apprime convenit.
Σ 100:

ὃ μὲν μάλα τηλόθι πάτρης
ἔφθιτ', ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι,

locus est sine dubio depravatus. Nam *ΕΔΗΣΑ* neque apud Homerum neque apud ullum omnino scriptorem Graecum aliud est praeter Aoristum verbi, quod illi est *ΔΙΔΗΜΙ*, recentioribus *Δ(Ε)Ω*, LIGO. Homerus impersonalem verbi usum ignorans pro *δέω* et *δέομαι* habet *δεύω* et *δεύομαι*, i. e. *δέϝϝω* et *δέϝϝομαι*, a quibus distinguendum *δεύω* RIGO, in quo litera *Υ* est primitiva. Verbi activi *δέϝϝω* unicum hodie exstat exemplum idque in Aoristo *ἐδέϝϝησεν* Od. ι 483 = 540:

τυτθόν, ἐδεύησεν δ' (lapis) *οἰήιον ἄκρον ἱκέσθαι.*

Reliquis omnibus locis est forma media, cuius haec leguntur exempla. *Praesentis* 1 *pers. sing.* Od. *α* 254:

ἦ δή πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος
δεύῃ κτέ.

ubi malim δεύεαι pronuntiandum δισυλλάβως. Cf. Il. Ψ 484. III *pers. sing.* legitur Od. *η* 73 (Cf. *ϑ* 137):

οὐ μὲν γάρ τι νόου γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἐσθλοῦ,

Imperf. III *pers. sing.* Il. *Λ* 468, alibi:

οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ϝίσης.

Imperf. II *pers.* unicum exemplum est Il. *P* 142:

Ἕκτορ, ϝεῖδος ἄριςε, μάχης ἄρα πολλὸν ΕΛΕΥΕΟ.

Imperfectum nusquam caret augmento.
Futuri Indic. II *pers. sing.* Od. *ζ* 192 (Cf. *ξ* 510, qui vs. fortasse inde corrigendus, ut restituatur digamma):

οὔτ' οὖν ϝεσθῆτος δευήσεαι οὔτε τευ ἄλλου.

Futur. Infinit. Il. *N* 785 sq. (Cf. Od. *ψ* 128):

οὐδέ τι φημι
ἀλκῆς δευήσεσθαι.

Formae reliquae omnes pertinent ad alterum verbum δεύω, *rigo.*

Iam redeamus ad locum Σ 100 sqq., ubi Achilles sic queritur:

αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταιρῳ
κτεινομένῳ ἐπαμῦναι· ὁ μὲν μάλα τηλόθι πάτρης
ἔφθιτ', ἐμεῖο δ' ἕδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.

Fuitne ibi poetae manus:

ἔφθιτ', ἐμεῦ δ' ἐδέϝησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι

non duplicato digamma, ut iuxta usurpabantur ἀχέϝων et ἀχέϝϝων, i. e. ἀχεύων, alia? Cf. Dawesius, Misc. Crit. ed Harl. p. 133 sqq. An putas fuisse:

ἔφθιτ', ἐμεῖο δ' ἐδεύετ' ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι?

Videant alii.

I 312:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀϝίδαο πύλῃσιν.

Locum manifesto imitatus est Schillerus in dramate *die Braut von Messina* I, Act. sc. II: *und werd ihn hassen wie der Hölle Pforten.* Eidem, quum pangeret notos versus: *Was unsterblich in dem Lied soll leben, muss im Leben untergehn*, fortasse obversabatur Odysseae locus ϑ, 578 sqq.

I 470:

εἰνάνυχες δέ μοι ἀμφ' αὐτῷ παρὰ νύκτας ἴαυον.

Haec lectio quamquam et codicum et Apollonii in Lexico p. 246 (Cf. Schol. Ven. ad h. l.) munita auctoritate, manifesto tamen damnatur analogia, quae veram esse evincit scripturam codicis Vindobonensis *ἐννάνυχες*. Cf. *ἐννεαβοίων, ἐννεαπήχεες, ἐννεάχιλοι, ἐννεόργυιοι, ἐννέωρος, ἐννῆμαρ.* *Ἐννάϝετες* iam Nauckium recte correxisse video pro *εἰνάϝετες* Od. *γ* 118, alibi.

I 602: *ἀλλ' ἐπὶ δώρων*
ἔρχεο.

Male hanc Aristarchi lectionem recepit Bekkerus pro librorum scriptura *ἐπὶ δώροις*, quam recte tuebantur Heynius, Spitznerus, alii, utpote unice Graecam. Cf. *K* 304:

τίς κέν μοι τόδε ϝέργον ὑποσχόμενος τελέσειεν δώρῳ ἔπι μεγάλῳ;

K 98:

μή τοι μὲν καμάτῳ ϝαδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ κοιμήσωνται.

Ib. 312, 399:

νύκτα φυλασσέμεναι, καμάτῳ ϝαδηκότες αἰνῷ.

Ib. 471: *οἱ δ' εὗδον καμάτῳ ϝαδηκότες, ἔντεα δέ σφιν.*

Od. *μ* 281:

ὅς ῥ' ἑτάρους καμάτῳ ϝαδηκότας ἠδὲ καὶ ὕπνῳ.

Ita Bekkerus hos locos edidit. Si constaret verbum habuisse digamma, procul dubio analogia requireret *ϝεϝαδηκότες* et *ϝεϝαδηκότας*, neque obstaret correpta vocalis *α*, quae in adverbio *ἄδην* brevis est Il. *N* 315, *T* 423 et Od. *ε* 290, semel tantum producta in ultima sede hexametri Il. *E* 203, eademque corripitur in unica verbi forma praeterea lecta Od. *α* 134:

δείπνῳ ἀδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών.

Sed neque hi loci demonstrant literam Aeolicam neque ii admittunt, ubi legitur adverbium procul dubio cognatum:

E 203: *ἀνδρῶν ϝελλομένων ϝειϝωθότες ἔδμεναι ἄδην.*

N 305: *οἳ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο.*

T 423: *οὐ λήξω πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο.*

ε 290: *ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος* excepto ultimo, qui admittit, non postulat, propter caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον*; non magis quam Il. *Λ* 88: *τάμνων δένδρεα μακρά, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν*, ubi Heynius scribebat:

τάμνων δένδρεα μάκρ', ἆδός τέ μιν ἵκετο θυμός.

K 237:

καλλείπειν, σύ δὲ χείρον' ὀπάσσεαι αἰδοῖ ϝείκων.

Modulatius scribe per diaeresin *αἰδόϊ ϝείκων.*

Doloneae auctor cognovit Odysseam. Ipsum Ulyssem, cuius et hic sunt partes praecipuae, vocat *πτολίπορθον*, ut saepe audit in Odyssea, nusquam in Iliade praeterquam *B* 278 loco recenti, *ὅμιλος* ei est *τὸ ἀθροισμα* ut in Odyssea, non *μάχη* ut in Iliade. Cf. 498 et 547 ibique Schol. Ven., *προπάροιθε* vs. 476 est *prius*, ut in Odyssea, non *τοπικῶς* usurpatum, ut fit in Iliade. Cf. Schol. Ven. Ex Odyssea desumta est locutio (27) *πουλὺν ἐφ' ὑγρήν* (Cf. Od. *α* 97, *δ* 709), (48) *ἐπ' ἤματι*. Cf. Od. *β* 284; (98, 312, 399, 471) *καμάτῳ ἀδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ*. Cf. Od. *μ* 281; (115) *οὐδ' ἐπικεύσω*, frequenter lectum in Odyssea, semel

in Iliade (*E* 816); (139) *περὶ δὲ φρένας ἤλυθ' ἰωή*. Cf. Od. *ρ* 261; (166) *ἔπειτα* pleonasticum ut Od. *ρ* 185; (214) *ὅσσοι γὰρ νήεσσιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι* factus ad exemplum Od. *α* 245; (239) *ὀπάσσεαι* usurpatum ut Od. *κ* 59; (243) *πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θεῖοιο λαθοίμην* ex Od. *α* 65; (264) *ἀργιόδοντος ὑός*. Cf. Od. *ϑ* 476, *ξ* 423, 438. Semel *ἀργιόδοντες ὗες* Il. *Ψ* 32. Operae autem pretium est observare formam *ὗς*, quae vel in Odyssea est longe rarior quam antiquior *σῦς*, a genuina Iliade esse alienam. Idem valet de *ὑφορβός*. In Iliad. *Φ* 282 est *συφορβόν*, quod iuxta cum illo usurpavit Odysseae auctor. (279) = Od. *ν* 301; (290) *σὺν σοί, δῖα ϑεά, ὅτε ϝοι πρόφρασσα παρέσῃς*. Cf. Od. *ν* 393, ubi *πότνα* pro *δῖα* et *ἐπαρήγοις* pro *παρέσῃς*; (291—294) = Od. *γ* 382—384; 303 *ὑποσχόμενος τελέσειεν*. Cf. Od. *γ* 99 et *ο* 195; (324). Cf. Od. *λ* 344; (345) *τυτθόν* relatum ad vs. praecedentem ut Od. *ι* 540; (384) *ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέως καταλέξον* saepe legitur in Odyssea, in Iliade tantummodo in libro postremo; (427) = Od. *χ* 329; (462) forma *τοίσδεσσι* propria est Odysseae; (534) = Od. *δ* 140; (540) *οὔπω πᾶν εἴρητο ϝέπος* = Od. *π* 11, 351; (560) *δυοκαίδεκα πάντας ἀρίστους* = Od. *π* 250; (576) *ἀσάμινθοι* nusquam in Iliade, saepe in Odyssea memoratum.

Plura his adderem, nisi haec sufficere viderentur, quibus demonstrarem Doloneam compositam esse post Odysseam.

Λ 480: *ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων*.

Usenerus in docto opusculo *de Iliadis carmine quodam Phocaico*, (Bonnae 1875) demonstrare conatus est haec verba ab ipso huius carminis auctore olim relata fuisse ad Plutonem pugnae intervenientem, cuius epitheta etiamnunc servata esse (quae iam Emperii fuit sententia) vs. 490 sq:

ἔπειτα δὲ Πάνδοκον οὖτα,
οὖτα δὲ Λύσανδρον καὶ Πύρασον ἠδὲ Πυλάρτην.

Plutonis enim, i. e. *Mortis*, imaginem esse leonem ex antiquissimis Assyriorum et Phoenicum monumentis apparere:

seriores autem rhapsodos rem non amplius intellegentes nec curantes totam huius loci faciem mutasse. Vereor tamen ne haec opinio acutius sit quam probabilius excogitata. Nam ut concedo miro sane casu quatuor illa Troianorum nomina ita esse comparata ut aliquam speciem conciliare videantur Emperianae observationi, ita tamen meo iure contendo unum *Πυλάρτην* re vera esse Plutonis epitheton, cetera vero nusquam sic usurpata reperiri. Nam dicitur quidem *πανδοκεύς*, non *πάνδοκος*, *λύσανδρος* vero aut *πύρασος* nusquam, et *Πύρασος* cum *πυρά* aut *πῦρ* ex mea quidem opinione praeter ipsas literas nihil habet commune. Urbs erat Thessaliae olim sic dicta, postea *Δημήτριον*, in catalogo navium *B* 695:

οἳ δ' εἶχον Φυλάκην καὶ Πύρασον ἀνθεμόεντα,
Δήμητρος τέμενος, κτέ.

ibi ultima verba aliquanto verisimiliorem reddunt Grammaticorum veterum opinionem, nomen derivatum esse a *πυρός*, pro qua derivatione pugnat quoque producta vocalis Y, quam in *πυρά* et casibus obliquis subst. *πῦρ* brevem esse constat.

Missa igitur illa opinione, quae est totius disputationis Usenerianae fundus, referamus verba *ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων* ad Aiacem, quo conspecto Troiani vulneratum Ulyssem prementes diffugiunt *ἄλλυδις ἄλλος*, non aliter quam *θῶες* cervam sauciam devorantes diffugiunt, conspecto leone. Verba autem *αὐτὰρ ὁ δάπτει*, quae frustra negotia crearunt Usenero, non alia de causa poeta addidit quam ut appareret quid leonem adduxerit. Quantopere autem Homerus sibi placeat in plena imaginis descriptione, cuius non nisi pars respondeat rei comparatae, cum in vulgus notum est, tum apparere potest in ipsis sequentibus ex nova comparatione Aiacis cum leone quae legitur 548—557, cuius summa haec est, Aiacem terrore perculsum cedere Troianis non aliter quam leo in boves impetum facturus cedit canibus et rusticis. Cf. *M* 300—309, *O* 262—280, 362 sqq., *Π* 825 sqq.

M 141: *οἳ δ' ἦτοι εἶως μὲν ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς*
ὤρνυον ἔνδον ἐόντες ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν.

N 143: *ὣς Ἕκτωρ εἶως μὲν ἀπείλεε κτέ.*

Od. *β* 148:
τὼ δ' ἕως μέν ῥ' ἐπέτοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο.

Od. *γ* 126: *ἔνθ' ἦ τοι εἶως μὲν ἐγὼ καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς*
οὔτέ ποτ' εἰν ἀγορῇ δίχ' ἐβάζομεν οὔτε.

Prorsus est incredibile tam prisca aetate ita gravem invaluisse abusum, ut *ἕως* s. *ἦος* pro *τέως* s. *τῆος* *) usurpari potuerit. Quare non dubito quin hi loci corrigendi sint ad haec exempla:

Od. *ο* 231: *ὁ δὲ τέως μὲν ἐνὶ μεγάροις Φυλάκοιο*
δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο,

Od. *π* 139: *ὃς τείως* (l. *τῆος* cum Nauckio) *μὲν*
Ὀδυσσῆος μέγ' ἀχεύων ϝέργα τ' ἐποπτεύεσκε,

Ib. 370:
τὸν δ' ἄρα τέως μὲν ἀπήγαγε ϝοικάδε δαίμων.
Cf. *σ* 190, *ω* 162. Loco Od. *β* 148, ubi particula *δέ* est supervacanea sequente vocula *ῥά*, legendum *τὼ τέως μέν ῥ' ἐπέτοντο.*

Rectissime Dindorfius Demosthenem contrario errore liberavit, cui saepe librarii pro *ἕως* affricuerunt suum *τέως*.

M 274: *ἀλλὰ πρόσσω ἴεσθε καὶ ἀλλήλοισι κέλεσθε.*
Versus exibit modulatior si mecum transposueris:

ἀλλὰ ἴεσθε πρόσσω καὶ ἀλλήλοισι κέλεσθε.

De brevi vocali non elisa ante formas medias verbi *ἵημι* vide G. Curtius, *Grundzüge der gr. etym.*, pag. 532 sq.

M 318: *οὐ μὴν ἀκληεῖς Λυκίην κάτα κοιρανέουσιν.*
Variant libri in *ἀκληεῖς* et *ἀκλειεῖς*. Sunt vero ad h. l. duo Scholia Veneta, alterum *ἀκλειεὶς: οὕτως. ἀκλεες* (sic)

*) In hac orthographia sequor la Roche, *Hom. Unt.* et Nauckium in ed Odyss., qui cur pro *τεθνηότος* sim. scribat *τεθνειότος* non assequor. Nam *τεθνηότος* et *τεθνεῶτος* prorsus eodem modo sibi respondent quo *ηος*, *τηος* et *εως*, *τεως*, alia plurima.

δὲ Ἀρίζαρχος κατὰ συγκοπήν, ὡς τὸ δυσκλέα (*B* 115, *L* 22), alterum οὕτως ἀκλεες (sic) αἱ Ἀριζάρχου καὶ αἱ χαριέζεραι. Utut scripsit Aristarchus, ego ediderim:

οὐ μὴν ἀκλεέες κτἑ.

Recte iam Nauckium edidisse video Odyss α 241 et ξ 371:

νῦν δέ μιν ἀκλεέως Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο

pro ἀκλειῶς, idemque reponendum erit Il. Ψ 304. Loco Il. *X* 110 edendum videtur: ἠέ κεν αὐτὸν ὀλέσθαι ἐϋκλεέως πρὸ πόληος. Similiter Il. *K* 281 et Od. φ 331 legendum ἐϋκλεέας pro ἐϋκλεῖας, Il. θ 285 ἐϋκλεΐης pro ἐϋκλείης, Od. ξ 402 ἐϋκλεΐη pro ἐϋκλείη. Od. 728 probaverim Nauckium edentem ἀκλεέ' ἐκ μεγάρων, et ad hoc exemplum in Iliadis *B* 115 = *I* 22 correxerim δυσκλεέ' Ἄργος ἱκέσθαι pro δυσκλέα.

N 126:

ἀμφὶ δ' ἄρ' Αἴαντας δοιοὺς ἵζαντο φάλαγγες καρτεραί, ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος.

Particulae ἄν et κεν sic coniunctae neque usu neque ratione comprobantur. Similiter, sed interposita vocula μέν, legitur in Odyss. ε 361:

ὄφρ' ἄν μέν κεν δούρατ' ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ,

ubi Nauckius coniecit:

ἦος μέν κεν δούρατ' κτἑ., eadem opera corrigens locum ζ 259, sed *medelam desiderans* tertio loco qui est Od. ι 334. Lenis medicina parata est loco nostro, ubi scripserim:

ἃς οὔτ' ἄρ κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθὼν κτλ.

ut saepissime particula ἄρα aut priori aut posteriori οὔτε s. μήτε aut utrique adiungitur a poeta v. c. in noto versiculo

οὔτ' ἄρ' ὅ γ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται οὔθ' ἑκατόμβης

Il. *A* 93, Cf. *O* 72, Od. δ 605, ν 207, ξ 166, ψ 174, Il. *O* 564, *H* 433 cett. Loco Od. ι 334 verum esse potest: οἱ δ' ἔλαχον τούσπερ κε καὶ ἠθελον αὐτὸς ἑλέσθαι.

N 130:

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ'ἀνήρ·
ψαῦον δ' ἱπποκόμοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισιν
νευόντων, ὡς πυκνοὶ ἐφέζασαν ἀλλήλοισιν.

Languide ac sine nervo ultima verba sic scripta in Bekkeriana editione adhaerent. Contra erit, si cum Dindorfio, aliis hoc similibusque locis mutata interpunctione et addito accentu scribimus:

νευόντων· ὣς (sive potius *ὧς*) *πυκνοὶ ἐφέζασαν ἀλλήλοισιν.*

Recte ante Bekkerum edebatur Il. *O* 696 sq.:

φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
ἅπτεσθ' ἐν πολέμῳ· ὣς (l. *ὧς*) *ἐσσυμένως ἐμάχοντο.*

Ita Il. *Z* 108 sq.:

φὰν δέ τιν' ἀθανάτων ἐξ οὐρανοῦ ἀζερόεντος
Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν, ὡς ἐλέλιχθεν

probo Wolfii lectionem:

κατελθέμεν· ὣς (l. *ὧς*) *ἐλέλιχθεν.*

vel potius cum Cobeto *ἐϝέλιχθεν*. Nam certissimum esse videtur quod post Dawesium, in *Miscellaneis Criticis* p. 39 sq. et p. 193 ed. Harless (= 51 et 177 ed. Angl. 1) paucis verbis hac de re monentem, nuperrime fusius vir praeclarus in Mnemosyne a. 1874 p. 208 sqq. demonstravit, saepe apud Homerum perinepte utrumque verbum confusum esse, licet multum vereor ne imprudenti exciderint verba, quibus pag. 216 verbum *ἑλελίζειν a sequioribus poetastris* fictum esse contendit. Nihil enim moramur Apollonium Rhodium, Nonnum aut si qui sunt horum similes; sed quid faciemus Pindaro Ol. IX, 20 canenti:

ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν φόρμιγγ' ἐλελίζων,

vel Pyth. I *χρυσέα φόρμιγξ* —

ἀγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων ἀμβολὰς τεύχῃς
ἐλελιζομένα,

vel Nem. IX, 45: *οὐδὲ Κρονίων ἀστεροπὰν ἐλελίξαις*
οἴκοθεν μαργουμένους
σείχειν ἐπώτρυν· ἀλλὰ φείσασθαι κελεύθου,

vel Pyth. II, 7: *φέρων μέλος ἔρχομαι ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος?*

Sophocle quid faciemus in Antigona vs. 154 scribenti:

ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων Βάκχιος ἄρχοι

qui versus certa emendatione ita correctus est ex annotatione Scholiastae per *κινησίχθων* explicantis quod in codice legitur *ἐλελίζων?*

Utrumque vero poetam merito appellari *sequiores poetastros* neque Cobetus serio contendet, nec contendenti fidem quisquam habebit.

Quod ad ipsum Homerum attinet, apud quem ambo magni critici verbi *ἐλελίζειν* certum exstare vestigium negarunt, qua par est modestia liceat mihi significare duos tamen esse locos, qui scrupulum mihi iniciant. Quorum alter est splendidus ille locus in Iliadis *A* 530:

ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ϝάνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον

(Cf. *Θ* 199 et hymn. XXVIII, 9), ubi verbo iam antiquissimo aevo tributam esse non *convertendi* s. *contorquendi* s. *circumrotandi* notionem sed *quassandi*, *concutiendi*, *tremefaciendi* documento est locus inde expressus a poeta recentiore quidem sed tamen valde antiquo Il. *Θ* 443 *τῷ δ' ὑπὸ ποσσὶ μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος*. Neque aliter intellexit Vergilius, Aen. VI, 804 vertens *et totum nutu* TREMEFECIT *Olympum*, reprehensus idcirco a Dawesio, cui nondum licuit contra afferre locum Ciceronis de Republica 1, § 56, *qui nutu, ut ait Homerus, totum Olympum* CONVERTERET, qui sane locus, quippe abhorrens a vulgari interpretatione, est valde memorabilis. Ceterum Alexandrini, quantum e scholiis nostris apparet, conspirant cum Vergilio explicantes per *σείειν* et *κινεῖν*. Videatur quoque paraphrasta.

Alter locus quem volo est Iliadis X, 448, ubi dicitur de

Andromascha de improvio audienti lamentationes mulierum ob Hectoris interitum:

τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χάμαι δέ ϝοι ἔπεσε κερκίς,

huius succussi *sunt artus* cett., *τρόμῳ ἐσείσθη*, ut recte interpretari videtur scholiasta. Ubi quo tandem pacto notio verbi *ἑλίσσειν*, i. e. *ϛρέφειν*, apta videri possit, ingenue fateor me non intellegere. — Ampliandum quoque censeo de loco hymni in Cererem vs. 183:

ἀμφὶ δὲ πέπλος
κυάνεος ῥαδινοῖσι θεᾶς ἐλελίζετο ποσσίν.

N 502: *Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος.*
Obtemperandum fuerat Didymo monenti: *πρόσθεν η Ἀριϛοφάνειος, καὶ μήποτε βέλτιον· πρότερος γὰρ ἂν εἶπεν.*
Non sanius videtur *πρῶτος* loco Iliadis *E* 92, ubi haec Achilles ad matrem:

οὐδ' ἐμὲ θυμὸς ἄνωγεν
ζώειν οὐδ' ἄνδρεσσι μετέμμεναι, εἴ κε μὴ Ἕκτωρ
πρῶτος ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ κτέ.

Fallitur ibi Scholiasta *B* annotans *ἔδει πρότερος*, quod non aptius quam *πρῶτος*. Sententia requirit *πρῶτον*. Cf *T* 158, *Ω* 27, Od. *γ* 320, *λ* 106, *ν* 133.

N 703:
ἀλλ' ὡς τ' ἐν νειῷ βόε ϝοίνοπε πηκτὸν ἄροτρον
ϝῖσον θυμὸν ἔχοντε τιταίνετον· ἀμφὶ δ'ἄρα σφιν
πρυμνοῖσιν κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·
τὼ μέν τε ζυγὸν οἷον ἐύξοον ἀμφὶς ἐϝέργει
ἰεμένω κατὰ ϝῶλκα, τέμει δέ τε τέλσον ἀρούρας,
ὡς τὼ παρβεβαῶτε μάλ' ἔϛασαν ἀλλήλοιιν.

Posterius hemistichium vs. 707 sic interpretantur ut forma suspecta *τέμει* dictum sit pro *τέμνει*, eiusque verbi subiectum *ἄροτρον* quinto versu ante memoratum, *τέλσον ἀρούρης*

arvi fundum, vel, ut alii malunt, *arvi terminum*, quod debeat significare *arvum usque ad terminum*. Credulus sit oportet qui tot interpretandi artificiis dimidiato versui adhibitis possit habere fidem. Quid si literae *TEMEIΔETE* hanc commodissimam celant lectionem *TAMEINEIII*, ut poetae manus sit:

ἱεμένω κατὰ ϝῶλκα ταμεῖν ἐπὶ τέλσον ἀρούρης.

i. e *cupientes secare sulcum usque ad agri terminum?*
Cf. Σ 541 sqq.:

ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν,
εὐρεῖαν τρίπολον· πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
ζεύγεα δινεύοντες ἐλάϛρεον ἔνθα καὶ ἔνθα.
οἳ δ' ὁπότε ϛρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης,
τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιϝηδέος οἴνου
δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών· τοὶ δὲ ϛρέψασκον ἀν' ὄγμους
ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι.

ϝῶλκα κατατέμνειν tam recte, opinor, dicitur quam Xenophon Anab. II, 4, 13 dixit: *κατετέτμηντο δὲ ἐξ αὐτῶν* (*τῶν διωρύχων* sc.) *καὶ τάφροι ἐπὶ τὴν χώραν*. Error est Alexandrina aetate vetustior. Cf. quoque Apollonius Rhodius γ 1333, quem locum debeo Nabero.

Ξ 161:
ἤδε δέ ϝοι (Iunoni) *κατὰ θυμὸν ἀρίϛη φαίνετο βουλή,*
ἐλθεῖν (f. *ἐλθέμεν*) *εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασά ϝε αὐτήν,*
εἴπως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι
ϝῇ χροιῇ, τῷ δ' ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισι ϝιδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν.

Nusquam alibi in carminibus Homericis exstat vocabulum *χροιή*, sed constanter pro *corpore* adhibuit cognatum substantivum *χρώϛ* (proprie *cutis*), *σῶμα*, quod iam observavit Aristarchus, non usurpans nisi de *cadavere*. Praeterea offensione non caret nimis repentina subiecti mutatio: *ἱμείραιτο* (*Ζεύϛ*) — *χεύῃ* (*Ἥρη*). Nisi egregie fallor, pristina loci facies fuit haece:

Ἦδε δέ ϝοι κατὰ θυμὸν ἀρίζη φαίνετο βουλή,
ἐλθέμεν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασά ϝε αὐτήν
— εἴ πως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι
ϝῷ χροΐ — ἠδέ ϝοι ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
χεῦαι ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν.

Ξ 278: *ὦμνυε δ' ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας.*

Cum constet Atticos in temporis Praesentis et Imperfecti modis omnibus praeter coniunctivum et optativum verborum in *υμι* desinentium propriam verbis in *μι* servasse coniugationem, nec nisi versus finem seculi quinti rarissime primum, deinde gliscente abusu novae comoediae praesertim temporibus paullo crebrius, paucas quasdam admisisse formas ductas a verbis correspondentibus in *ύω*, operae pretium est diligentius inquirere in eorundem verborum usum apud Homerum. Quare sedulo collegi quae huc pertinere viderentur.

Ab *ΑΓΝΥΜΙ* est *ϝάγνυτον* et *ϝαγνυμενάων* et *περιϝάγνυται* (IV locis), ab *ΑΙΝΥΜΑΙ ἀποαίνυμαι, ἀποαίνυται, αἴνυται, αἰνύμενος — νοι — ναι — νους, ἀποαίνυτο, ἐξαίνυτο, συναίνυτο* (XXI) ab *ΑΡΝΥΜΑΙ ἀρνύμενος — νῳ — νοι* (IV), ab *ΑΧΝΥΜΑΙ ἄχνυμαι, ἄχνυται, ἀχνύμεθα, ἄχνυνται, ἄχνυτο, ἀχνύμενος — νη — νον — νῳ — νῃ — νω — νοι — νους* (LIX), a *ΓΑΝΥΜΑΙ γάνυται* et *γάνυνται* (III), a *ΔΑΙΝΥΜΙ δαίνυ* (Imperat.), *δαίνυ* (Imperf.), *δαινύντα, δαίνυσαι, δαίνυται, δαίνυσθε,* (Imperat.), *δαίνυνται, δαίνυσθαι, δαινύσθω, δαινῦτο* (optat.), *μεταδαίνυται.* Reperiuntur hae formae locis LVII tanta constantia, ut vix dubium videri possit, quin loco Iliadis Ω 63:

ἐν δὲ σὺ τοῖσιν
δαίνυ' ἔχων φόρμιγγα 'κακῶν ἔταρ', αἰὲν ἄπιζε

vera lectio sit *δαίννσ'*, i. e. *δαίνυσο.*

A *ΔΕΙΚΝΥΜΙ* porro est *δεικνύς* et *δεικνύμενος* (IV locis), ab *ΕΝΝΥΜΙ ϝέννυσθαι, ϝέννυτο* (VI), ab *ΕΡΓΝΥΜΙ ἐϝέργνυ* (I), a *ΖΕΥΓΝΥΜΙ ζεύγνυσαν, ζεύγνυντ(ο) ζευγνύμεναι, ζεύγνυσθ(αι), ζευγνύσθην, ζεύγνυσαν* Ω 783, ita ut non dubitem quin *T* 393:

ζεύγνυον· ἀμφὶ δὲ καλὰ λέπαδν' ἐσαν, ἐν δὲ χαλίνους

recipienda sit varia lectio *ζεύγνυσαν*. Locorum numerus est X.

A *ZΩNNYMI* est *ζώννυθ'(-το)*, *ζώννυται*, *ζώννυσθαι* (IV), a *KAINYMAI ἐκαίνυτο* (I), a *KINYMAI κίνυντο*, *κινύμενος — νοιο — νων* (VI), ab *OIΓNYMI ὠίγνυντο* (II), ab *OΛΛYMI ὀλλύς*, *ὀλλῦσαι*, *ὀλλύντας — των*, *ὀλλύμενοι — νων — νους*, *ὄλλυντ(ο)*, *ἀπολλυται*, *ἀπολλυμένους* (XIV), ab *OMNYMI ὄμνυθι* (I), sed, quod mireris, legitur *T* 175:

ὀμνυέτω δέ τοι ὅρκον, ἐν 'Αργείοισιν ἀναξάς,
μή ποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι
ἥ θέμις ἐστί, ϝάναξ, ἥ τ' ἀνδρῶν ἥ τε γυναικῶν.

Erit fortasse qui hic reponendum suspicetur *ὀμνύτω* producta contra legem vocali, quod interdum poeta sibi permisit in vocabulis creticum continentibus. Veruntamen locum bene considerantibus apparebit spurios esse hos versus, cum parva mutatione desumtos ex libro IX (274—276). Quam enim inepti sint h. l., patet ex usu pronominis *τῆς*, non nominata in praegressis, ut illic factum est, Briseïde. Cf. quoque *T* 140—144. Si vero hi tres versus interpolatori debentur, idem valeat necesse est de parte responsionis Agamemnonis quam uncinis significabo:

185: *χαίρω σεῦ, Λαερτιάδη, τὸν μῦθον ἀκούσας·*
ἐν μοίρῃ γὰρ πάντα διίκεο. [*καὶ κατέλεξας*
ταῦτα δ' ἐγὼν ἐθέλω ὀμόσαι, κέλεται δέ με θυμός
οὐδ' ἐπιορκῆσαι πρὸς δαίμονος] *αὐτὰρ 'Αχιλλεὺς*
μιμνέτω αὖθι τέως γε, ἐπειγόμενός περ "Αρηος,
μίμνετε δ' ἄλλοι πάντες ἀολλέες, ὄφρα κε δῶρα
ἐκ κλισίης ἔλθῃσι καὶ ὅρκια πιστὰ τάμωμεν.

In verbis inclusis insuper suspecta est locutio *ἐπιορκεῖν πρὸς δαίμονος*, cum praesertim 258 sqq. non Iupiter solus sed Tellus et Sol et Diana simul invocentur ab Agamemnone. Ad formam orationis cf. IX, 61. Ceterum hiatus *διίκεο. αὐτὰρ 'Αχιλλεύς* satis excusari videtur plena interpunctione

ante caesuram bucolicam. Legitima imperfecti forma est Od. *β* 377 *ἀπώμνυ*, quare non vacant suspicione hi loci:

Ξ 278: *ὤμνυε δ' ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας*,
τ 288: *ὤμνυε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτὸν, ἀποσπένδων ἐνὶ ϝοίκῳ*,

ubi metrum pariter fert formam *ὤμνυ*, in quo vocalem produci notum est. Sed eandem mutationem vix admittit locus *κ* 345:

ὡς ἐφάμην· ἡ δ'αὐτίκ' ἀπώμνυεν, ὡς ἐκέλευον,

ubi fortasse verum est *ἀπώμοσεν*. Cf. 381. Locis autem *μ* 303

ὣς ἐφάμην· οἱ δ'αὐτίκ' ἀπώμνυον, ὡς ἐκέλευον

et *ο* 58 = 437 *ὣς ἔφατ'· οἱ δ'ἄρα πάντες ἀπώμνυον* (al. *ἐπώμνυον*), *ὡς ἐκέλευον* facilis coniectura est *ἀπώμνυσαν* (*ἐπώμνυσαν*) esse genuinum.

Ab *ΟΜΟΡΓΝΥΜΙ* est *ὠμόργνυντο*, *ἀπομόργνυ* (II), ab *ΟΡΕΓΝΥΜΙ* *ὀρεγνύς* (II), ab *ΟΡΝΥΜΙ* *ὄρνυθι*, *ὀρνύμεν*, *ὀρνύμεναι*, *ὀρνύμενον* — *νοιο* — *νου* — *νη* — *νων*, *ὄρνυντο*, *ὄρνυσθε* (Imper.), *ὄρνυτε* (Imper.), *ὄρνυται*, *ὄρνυτο*, *ὤρνυτο*, *ὤρνυντο* (XXXII). Sed Od. *φ* 100:

ἥμενος ἐν μεγάροις, ἐπὶ δ' ὦρνυε πάντας ἑταίρους

et in loco spurio Il. *O* 613:

ἔσσεσθ'· ἤδη γὰρ οἱ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ

salvo metro scribi potest *ὤρνυ* et *ἐπώρνυ*. Il. *M* 141:

ὤρνυον ἔνδον ἐόντες ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν

facilem admittit mutationem *ὤρνυσαν*.

A *ΠΗΓΝΥΜΙ* est *πήγνυτ(αι)* (II), a *ΡΗΓΝΥΜΙ* *ῥήγνυσι*, *ῥήγνυσθαι*, *ῥήγνυσθε* (Imper.), *ῥήγνυντο* (VII), a *ΤΙΝΥΜΙ* *τίνυται*, *τίνυσθον*, *τίνυνται*, *τινύμενος* (IV). Reliquorum verborum in *νυμι* tempora Praesentia et Imperfecta apud Homerum non reperiuntur, quod sciam.

Sunt igitur CCXLII loci integri, quorum ope constitui potest hoc exemplum:

ACTIVUM.

Indicativus.	Optativus	Imperativus.	Infinitivus.	Participium.
Praes. 1 S.			νύμεναι, νύμεν	νύς, νύντα
2 »				νῦσαι,
3 » νυσι		νυθι (νυ)		νύντας
D. νυτον		(νυέτω)		
1 P.				
2 »		νυτε		
3 »				
Imp. 1 S.				
2 »				
3 » νυ (νυε)				
D.				
1 P.				
2 »				
3 » νυσαν (νυον)				

MEDIUM et PASSIVUM.

Praes. 1 S. νυμαι			νυσθαι	νύμενος
2 »				νη – νοιο,
3 » νυται		νύσθω		νου, – νῳ
D. νυσθον				νω – νον –
1 P. νύμεθα				νοι – ναι –
2 » νυσθε		νυσθε		νων – νους
3 » νυνται				
Imp. 1 S.				
2 » νυ(σ)ο				
3 » νυτο	νῦτο			
D.				
1 P.				
2 »				
3 » νυντο				

In hac tabella iuxta legitimam Imperativi formam Home-

ricam *νυθι* ut suspectam inclusi formam Atticam in *νῡ*, quae legitur Il. I, 70:

δαίνυ δαῖτα γέρουσι· ϝέϝοικέ τοι, οὔ τοι ἀϝεικές

ubi genuinum puto *δαίνυθι δαῖτα κτέ*. Fide etiam indigniores esse formas *νυε*, *νυον* et *νυο* pro *νυ*, *νυσαν* et *νυσο* spero fore ut sint qui mecum iudicent. Observatione autem perdignum est imprimis turbatum esse in verbo *ὄμνυμι*, unde vitiosa sequiorum *συνήθεια* ferme expulerat formas antiquas *ὤμνυ* et *ὤμνυσαν*.

Ξ 470:

ἦ ῥ' οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι
ἄξιος; οὐ μήν μοι κακὸς εἴδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ.

Fuit fortasse:

οὔ τι κακός μοι ϝείδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ.

O 128: *μαινόμενε, φρένας ἠλέ, διέφθορας.*

Vitiosa sequiorum consuctudo qua *διέφθορα* usurpari coeptum est pro *διέφθαρμαι* effecit, ut plerique Alexandrini locum sic interpungerent, quos male secuti sunt recentiores critici tantum non omnes.

Optime iam olim Porphyrius monuit *φρένας* pendere a verbo. Schol.: *οὕτω Πορφύριος· οὐ δεῖ ϛίζειν εἰς τὸ φρένας ἠλέ, εἶτα καθ' αὑτὸ λέγειν διέφθορας, ἀλλ' ὅλον συνάπτειν τὸ φρένας ἠλὲ διέφθορας, ἵν' ᾖ τὰς φρένας διέφθορας ὦ ἠλέ.* Non obstat Odysseae locus β 343:

Μέντορ ἀταρτηρέ, φρένας ἠλεέ, ποῖον ἔϝειπες.

Per se enim recte iungi *φρένας ἠλεέ*, nemo hercle negabit, sed non minus recte adiectivum ponitur absolute.

O 265 = Z 508:

ϝειϝωθὼς λούεσθαι ἐυρρεῖος ποταμοῖο.

Iuxta hanc formam altera reperitur Od. ζ 216:

ἤνωγον δ' ἄρα μιν λοῦσθαι ποταμοῖο ῥοῇσιν.

Hodie in Homeri codd. et edd. iuxta reperiuntur formae solutae et contractae. Illarum exempla haec sunt: λό(ε) Od. *κ* 361, λόεσσαι *τ* 320, λοεσσάμεναι *ζ* 96, λοεσσάμενος *Φ* 560, *α* 310, *ϑ* 427, λοεσσαμένω *K* 577, λοέσσας *Ψ* 282, λοέσσατο *ζ* 227, λοέσσομαι *ζ* 221. Adde: λόετρα, λοετρῶν, λοετροχόον, λοετροχόῳ, in quibus substantivis nusquam apparet forma contracta.

Contractarum exempla exscribere non gravabor:

λούσ (ε—εν).

E 905: τὸν δ' Ἥβη λοῦσεν, χαρίεντα δὲ ϝείματα ϝέσσεν.

Π 679: πολλὸν ἀποπρὸ φέρων, λοῦσεν ποταμοῖο ῥοῇσιν.

γ 464: τόφρα δὲ Τηλέμαχος λοῦσεν καλὴ Πολυκάστη.

γ 466: αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε καὶ χρῖσεν λίπ' ἐλαίῳ. = *κ* 364.

η 296:

καὶ λοῦσ' ἐν ποταμῷ, καί μοι τάδε ϝείματ' ἔδωκεν.

κ 450: ἐνδυκέως λοῦσέν τε καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ.

ψ 154: Εὐρυνόμη ταμίη λοῦσεν καὶ χρῖσεν ἐλαίῳ.

ω 365: ἀμφίπολος Σικελὴ λοῦσεν καὶ χρίσεν ἐλαίῳ.

λοῦσαν.

Σ 350:

καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ.

Ω 587:

τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.

δ 49 et *ϱ* 88: τοὺς δ' ἐπεὶ . . . . . λοῦσαι.

Ω 582:

δμῶας δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ' ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.

λούσασα.

E 264: ϝείματα τ' ἀμφιϝέσασα ϑυώδεα καὶ λούσασα.

λούσαιτο.

ω 254: τοιούτῳ δὲ ϝέϝοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε.

λούσαντο.

K 576: *ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐυξέσας λούσαντο* = Od. *δ* 48, *ρ* 87.

ψ 142: *πρῶτα μὲν οὖν λούσαντο καὶ ἀμφιϝέσαντο χιτῶνας.*

λούσασθαι.

Ψ 41:

Πηλεΐδην λούσασθαι ἄπο βρότον αἱματόεντα.

ϑ 449:

αὐτόδιον δ' ἄρα μιν ταμίη λούσασθαι ἀνώγει.

λούσασθε.

ψ 131:

πρῶτα μὲν ἄρ λούσασθε καὶ ἀμφιϝέσασθε χιτῶνας.

λούσειαν.

Σ 345:

Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα.

λούσῃ.

Ξ 7: *ϑερμήνῃ καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα.*

λοῦσον.

Π 669:

πολλὸν ἀποπρὸ φέρων λοῦσον ποταμοιο ῥοῆσιν.

Observatione autem perdignum mihi videtur omnes hos XXVII locos sine ulla exceptione ita esse comparatos, ut metrum non tantum ubique admittat, sed saepius manifesto faveat formis solutis (non repetita litera sibilanti). Has autem solas vere Homericas esse crediderim, si quidem Latinum verbum *lavo* confirmat verbum Graecum primitus fuisse *λόϝω* s. *λοϝέω* = *λούω*, et omnibus illis locis rescribendum esse *λόϝεσε(ν)*, *λόϝεσαν*, *λοϝέσειαν*, *λοϝέσαντο*, *λοϝέσασθαι*, *λοϝέσῃ*, *λόϝεσον*, *λοϝέσαιτο*, *λοϝέσασα*. Cf. *πόϑεσαν*, *ποϑέσαι*, similia. Loco Il. *O* 265 = *Z* 508, unde hanc disquisitionem orsus sum, scripserim:

ϝειϝωϑὼς λοϝέεσθαι ἐυῤῥεῖος ποταμοῖο
vel potius *ἐυῤῥεέος ποταμοῖο.*

Duo tamen Odysseae loci renituntur:

ζ 216: *ἤνωγον δ' ἄρα μιν λοῦσθαι ποταμοῖο ῥοῇσιν*
et ζ 210:

λούσατέ τ' ἐν ποταμῷ, ὅθ' ἐπὶ σκέπας ἔζ' ἀνέμοιο

quos a rhapsodis immutatos esse suspicor; quae vero fuerit pristina eorum forma non potui coniecturis satis probabilibus investigare.

O 393: *ἦ ῥ' ὅ τε καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, ἐπὶ δ' ἔλκεϊ λυγρῷ φάρμακ' ἀκέσματ' ἔπασσε.*

Od. *α* 56: *αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν θέλγει.*

Valde mihi suspectus est usus substantivi *λόγος* apud Homerum, qui alibi constanter usurpet *ϝέπος* idque, si recte numeravi, *quadringenties quadragies* in ambobus carminibus. Illic *ϝέπεσσ'* (cf. *Ω* 238, *B* 342, *O* 162, 178, Od. *ρ* 393, *λ* 551), hic *ϝέπεσσιν* glossemate expulsum esse probabilis mihi videtur suspicio.

O 544: *τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων συλήσειν· Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευσεν.*

Prava constructio; ubicumque enim post verba motum significantia sequitur Infinitivus, aut Aoristi is est aut Praesentis. Sed huius loci est participium Futuri, et corrigendum:

συλήσοντ'· Ἕκτωρ κτέ.

Ξ 200: *εἶμι γὰρ ὀψομένη.* Cf. 205, 301, 304 cett.
Mox *O* 582: *ὣς ἐπὶ σοί, Μελάνιππε, θόρ' Ἀμφίλοχος μενεχάρμης τεύχεα συλήσων.*

P 24: *οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίῃ Ὑπερήνορος ἱπποδάμοιο ϝῆς ἥβης ἀπόνηθ', ὅτεμ' ὤνατο καί μ' ὑπέμεινεν, καί μ' ἔφατ' ἐν Δαναοῖσιν ἐλέγχιστον πολεμιστὴν ἔμμεναι κτλ.*

Bekkerus iure dubitans de Aoristo *ὠνάμην* derivato a verbo *ὄνομαι*, coniecit *ὤνοτο* (sic) cui Imperfecto hic ta-

men propter sequentes Aoristos vix locus est, ut taceam formam *ὠνόμην* nusquam repertam esse. Quare malim:

ϝῆς ἥβης ἀπόνηθ', ὅτε μ' ὠνόσατ' ἠδ' ὑπέμεινεν.

P 172 = *Ξ* 95 *νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, οἷον ἐϝειπες.* Cf. *Δ* 539, *N* 127, *P* 399, *I* 55, *Ω* 439, Od. ε 379. Insuper offensioni est repetitum pronomen *με.*

P 272: *μίσησεν δ' ἄρα μιν δηίων κυσὶ κύρμα γενέσθαι Τρωῇσιν· τῷ καί ϝοι ἀμυνέμεν ὦρσεν ἑταίρους.*

Versus qui sine damno abesse possunt magis etiam suspectos reddit usus verbi *μισεῖν*, quod iuxta cum omnibus vocabulis ab hac radice profectis in carminibus Homericis desideratur. Homerica sunt *ϛυγέειν*, *ϛύξαιμι*, *ϛυγερός*, *ϛυγερῶς*. Versus facti videntur ab interpolatore ad exemplum praegressorum vss. 254 sq.

ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, νεμεσιζέσθω δ' ἐνὶ θυμῷ Πάτροκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.

Utrobique male Bekkerus in ed. Bonn. edidit *Τρώῃσι.* De accentu vide Cobetum Mnem. 1873, p. 56.

P 329 sq. et 322 (aliisque locis similibus) initio hexametri per diaeresin scribatur *κάρτεϊ* et *πλήθεϊ.*

P 392: *δεξάμενοι δ' ἄρα τοίγε διαϛάντες τανύουσιν* (sc. *βοείην*) *κυκλόσ', ἄφαρ δέ τε ἰκμὰς ἔβη δύνει δέ τ' ἀλοιφή.*

Malim sine hiatu:

ἄφαρ δ' ἐξ ἰκμὰς ἔβη δύνει δέ τ' ἀλοιφή.

Σ 90:

οὐδ' ἐμὲ θυμὸς ἄνωγεν ζώειν οὐδ' ἄνδρεσσι μετέμμεναι, εἴ κε μὴ "Εκτωρ πρῶτος (l. *πρῶτον*) *ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ.*

Re vera *cominus* Achilles Hectorem interfecit. Cf. X, 326;

quod tamen ita fore tum cum haec dicebat, scire non poterat. Quare rectius h. l. pro *τυπείς* legeretur verbum generale *δαμείς*. Sin vero genuinum est *τυπείς*, inde necessario sequitur, huius libri auctorem diversum esse ab eo qui composuit librum X eoque posteriorem. Ad vs. sequentem:

Πατρόκλου δὲ ϝέλωρα Μενοιτιάδεω ἀποτίσῃ

minus recte Aristarchus: *ἡ διπλῆ ὅτι τὰ ἕλωρα οὐ βρώματα ἀλλὰ ἑλκύσματα.* Significavit enim auctor neque hoc neque illud, sed *τὸν Πατρόκλου φόνον*, ut recte Plato interpretatus est Apol. p. 28 c: *ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανεῖ.*

Σ 470: *φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐϝείκοσι πᾶσαι ἐφύσων,*
παντοίην ἐύπρηξον ἀυτμὴν ἐξανιεῖσαι,
ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρέμμεναι ἄλλοτε δ' αὖτε,
ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι καὶ ϝέργον ἄνοιτο.

Schol. Ven. *παρέμμεναι: εἰς τὸ παρεῖναι καὶ ἕτοιμοι εἶναι καὶ σπεύδοντι καὶ μή* et deinde *ἄλλοτε δ' αὖτε: ἐλλείπει τὸ μὴ σπεύδοντι.* Permira sane ellipsis! Minus obscurum foret *ἄλλοτε δ' αὖ μή.* In duo monosyllaba et alii versus desinunt et in ultimis VII libris hi: Σ 435, 115, 378, *T* 96, 420, *Υ* 133, *Φ* 155, 322, 340, 441, 464, 468, 542, *X* 9, 365, *Ψ* 78, 182, 479, 670, 787, *Ω* 122, 319, 538, 540, 756, ex quibus locis pauci sunt eiusmodi, ut coniecturam aliquatenus tueri possint. *T* 96 *ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν Υ* 78 *ἀλλ' ἐμὲ μὲν κῆρ*, ib. 787 *ὡς ἔτι καὶ νῦν, Ω* 756 *ἀνέσησεν δέ μιν οὐδ' ὥς.*

Σ 553: l. *δίδεντο* pro *δέοντο.*

Υ 247: *οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.*

Constans analogia postulat *ἑκατόνζυγος.* Nostrorum codicum error videtur natus e neglecta lineola, qua litera N indicari solet. Nam silent de illa scriptura scholia antiqua.

Υ 258: *γευσόμεθ' ἀλλήλων.* Hoc verbum Homerus

semper usurpat *translata significatione*, contra verbum *πάσασθαι* non nisi *propria*.

Y 371:

τῷ δ' ἐγὼ ἄντιος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Bis corrigendum suspicor:

εἰ πυρὶ χεῖρε ϝέϝοικε(ν).

X 59:

πρὸς δ' ἐμὲ τὸν δύσηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέησον
δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κατὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
υἱάς τ' ὀλλυμένους, ἐλκηθείσας τε θύγατρας,
καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι
65: *ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλόῃς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν.*

Ultimus versus si genuinus est, melius ita transponetur ut legamus:

υἱάς τ' ὀλλυμένους ἑλκηθείσας τε θύγατρας,
ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλόῃς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν
καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι.

Sed potius spurium esse crediderim. Quo versu aut omisso aut transposito quanto melius his tamquam cumulus addun-tur sequentia:

αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν
ὠμησταὶ ϝερύουσιν κτέ.
νέῳ δέ τε πάντα ϝέϝοικεν
ἀρηικταμένῳ δεδαϊγμένῳ ὀξέι χαλκῷ
κεῖσθαι· πάντα δὲ καλὰ θανόντι περ, ὅττι φανήῃ.
ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη κτλ.

Cf. antiquum poema Francicum *Guillaume d'Orange* ed. et vert. Jonckbloet pag. 213: *Quand un homme meurt en sa jeunesse plein de force et d'avenir, on le plaint et on le re-*

grette; mais quand il meurt en vieillesse, il n'est regretté par personne. Vulgo legitur *νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν*, quod mutavi.

X 279:

ἤμβροτες, οὐδ' ἄρα πώ τι, θεοῖς ἐπιϝείκελ' Ἀχιλλεῦ,
ἐκ Διὸς ἠϝείδης τὸν ἐμὸν μόρον. ἦ τοι ἔφησθα·
ἀλλά τις ἀρτιϝεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων.

Prorsus incredibile videtur hoc adiectivum in malam partem usurpari potuisse. Potius crediderim subesse vetustum errorem et poetam dixisse:

ἀλλά τις ἀπτοϝεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων

cl. loco *Θ* 209:

Ἥρη ἀπτοϝεπές, ποῖον τὸν μῦθον ἔϝειπες.

X 429:

ὣς ἐφατο κλαίων, ἐπὶ δὲ ϛενάχοντο πολῖται.
Τρῳῇσιν δ' Ἑκάβη ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο.

Fortasse: *Τρῳῆς δ' αὖ Ϝεκάβη κτέ.*
vel: *Τρῳάσι δ' αὖ Ϝεκάβη κτλ.*

Ψ 320:

ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἐνθα.

Scribendum suspicor:

ἐπὶ πουλὺ ϝελίσσεται

etsi haud ignoro extra compositionem formam *πουλύ* hodie nusquam reperiri, quod tamen casui tribuendum esse fortasse mihi dabit, qui reputaverit ipsam hanc adiectivi formam altera esse longe rariorem, et dum septies occurrat *πουλύν*, non nisi semel servatum esse nominativum *πουλύς*. Od. *ϑ* 109:

βὰν δ' ἴμεν εἰς ἀγορήν, ἅμα δ' ἕσπετο πουλὺς ὅμιλος.

Iunoni, quae *Ω* 56 sq. dixerat:

εἴη κεν καὶ τοῦτο τεὸν ϝέπος, ἀργυρότοξε,
εἰ δὴ ὁμὴν Ἀχιλῆι καὶ Ἕκτορι θήσετε τιμήν κτέ.

Iupiter vs. 65 sqq. haec respondet:

Ἥρη, μὴ δὴ πάμπαν ἀποσκύδμαινε θεοῖσιν·
οὐ μὴν γὰρ τιμή γε μί' ἔσσεται, ἀλλὰ καὶ Ἕκτωρ
φίλτατος ἔσκε θεοῖσι βροτῶν οἳ Ϝιλίῳ εἰσίν·
ὥς γὰρ ἐμοί γ', ἐπεὶ οὔτι φίλων ἡμάρτανε δώρων.
οὐ γάρ μοί ποτε βῶμος ἐδεύετο δαιτὸς ἐϝίσης,
λοιβῆς τε κνίσης τε· τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.

Constans Homeri in responsis consuetudo repetendi vocabula praecipua ex alterius oratione non fere sinit nos dubitare quin h. l. *ΓΕΜΙ* prono errore corruptum sit ex *ΓΟΜΗ* et vs. 66 restituendum:

οὐ μὴν γὰρ τιμή γ' ὁμὴ ἔσσεται κτέ.

Vs. 68 non assequor qua vi usurpata sit particula *γάρ*, quam voculam ex eadem sede vs. vicini errore repetitum esse suspicor. Loci enim ratio haud dubie postulat:

ἀλλὰ καὶ Ἕκτωρ
φίλτατος ἔσκε θεοῖσι βροτῶν οἳ Ϝιλίῳ εἰσίν·
ὥς καὶ ἐμοί γ', κτλ.

Ω 337:

ὣς ἄγαγ' ὡς μήτ' ἄρ τις ἴδῃ μήτ' ἄρ τε νοήσῃ
τῶν ἄλλων Δαναῶν πρὶν Πηλεϝίωνάδ' ἱκέσθαι.

Nusquam alibi Homerus voculam encliticam *δε* ita iunxit cum Accusativo nominis proprii, neque hoc non vetare videtur sermonis epici proprietas. Metro repellitur quod usitatissimum est *Πηλεϝίωνόσδε*. Quia vero verbum *ἱκνεῖσθαι* promisce cum nudo Accusativo et cum praepositione *εἰς* construitur a poeta, nemo, opinor, haereret si hic scriberetur:

πρὶν Πηλεϝίωνος ἱκέσθαι

admissa nota ellipsi substantivi *δῶμα* (*δῶ*). Insuper cogitavi de hac scriptura:

πρὶν Πηλεϝίωνά γ' ἱκέσθαι

cl. Od. *η*, 41: *ὄφρ' ἵκετ' Ἀρήτην*. Sed particula *γε*, ubadditur, statim sequitur post voculam *πρίν*, nisi fallor. Quare illam rationem praetulerim.

Ω 572:

Πηλεϝίδης δ' οἴκοιο λέων ὡς ἄλτο θυρᾶζε.

Primitus potest fuisse:

Πηλεϝίδης δὲ δόμοιο λέων ὣς ἄλτο θύραζε

ut in Odyssea v. 361:

ἀλλά μιν αἶψα, νέοι, δόμου ἐκπέμψασθε θύραζε

Cf. *Ω* 673. Complures locos huc pertinentes mutavit Bekkerus, velut *A* 19, *B* 750, *H* 364, 391, alios tentavit et emendavit Nauckius Od. *ν* 121, 125, *ξ* 318, *υ* 232. Spurium esse locum *κ* 35 mox videbimus. Restant tamen loci nonnulli, quos in ordinem cogere frustra tentabis v. c. Od. *σ* 419.

II. AD ODYSSEAM.

Od. *β* 228 sqq. Verba sunt Mentoris in concione Ithacensium:

κέκλυτε δὴ νῦν μευ 'Ιθακήσιοι ὅττι κε ϝείπω·
μή τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔζω
σκηπτοῦχος βασιλεὺς μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα ϝειδώς,
ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσιμα ῥέζοι.
ὡς οὔ τις μέμνηται 'Οδυσσῆος θείοιο
λαῶν οἷσι ϝάνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
ἀλλ' ἦ τοι μνηστῆρας ἀγήνορας οὔ τι μεγαίρω
ἔρδειν ϝέργα βίαια κακορραφίῃσι νόοιο.
σφὰς γὰρ παρθέμενοι κεφαλὰς κατέδουσι βιαίως
ϝοῖκον 'Οδυσσῆος, τὸν δ' οὐκέτι φασὶ νέεσθαι.
νῦν δ' ἄλλῳ δήμῳ νεμεσίζομαι, οἷον ἅπαντες
ἦσθ' ἄνεῳ, ἀτὰρ οὔ τι καθαπτόμενοι ϝεπέεσσιν
παύρους μνηστῆρας καταπαύετε πολλοὶ ἐόντες.

His e populo respondet Leocritos:

Μέντορ ἀταρτηρέ, φρένας ἠλεέ, ποῖον ἔϝειπες
ημέας ὀτρύνων καταπαυέμεν; ἀργαλέον δέ.

245. [*ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχέσασθαι περὶ δαιτί*]
εἴπερ γάρ κ' Ὀδυσεὺς Ἰθακήσιος αὐτὸς ἐπελθὼν
δαινυμένους κατὰ δῶμα ϝεὸν μνησῆρας ἀγαυοὺς
ἐξελάσαι μεγάροιο μενοινήσει' ἐνὶ θυμῷ,
οὔ κεν ϝοι κεχάροιτο γυνὴ μάλα πέρ χατέοντα
ἐλθόντ' ἀλλά κεν αὐτοῦ ἀϝεικέα πότμον ἐπίσποι
251. [*εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο· σὺ δ' οὐ κατὰ μοῖραν ἔϝειπες*]
ἀλλ' ἄγε κτἑ.

Non bene intellecta Mentoreae orationis pars extrema ansam dedit duabus interpolationibus, quarum altera recentior ex antiquiore altera fluxit male accepta. Quam rem sic collige mecum. Mentor indignatur quod Ithacenses optimi regis beneficiorum immemores ignavo silentio admittant paucorum procorum insolentiam, nec numero suo freti eos *iubeant* a scelesto incepto desistere, sed additis verbis *καθαπτόμενοι ϝεπέεσσιν* diligenter cavet ne auditores cum procis pugnare se iuberi existiment.

Respondet pro Ithacensibus Leocritus rem imperari ipsis gravem ac difficilem a Mentore, ut finem imponant procorum impudentiae. Quin enim ipse, inquit, Ulysses (rex idem et aedium dominus), si epulantes in regia procos expellere vellet, ab illis interficeretur. Argumentatur Leocritus a *maiore ad minus* hac mente, opinor: Si proci tanta sunt insolentia ut ne regiae quidem maiestati dominique auctoritati cessuri sint, sed ipsum Ulyssem suis aedibus expellere eos volentem occisuri, numquid nobis, vili populo, res alienas curantibus obtemperaturos eos esse putas? Haec autem dicens simul fore negat quod Mentor innuerat, non impune procos opes regias consumturos esse, si rediisset Ulysses. Sic igitur in utraque oratione omnia optime sibi respondent. Interpolator vero haud satis attendens ad verba *καθαπτόμενοι ϝεπέεσσιν*, sed in errorem inductus vs. sequenti *παυροὺς — ἐόντες* neque intellegens *ἀγγαλέον* referendum esse ad praegressum *καταπαυέμεν*, inscite infersit suum:

ἀνδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχέσασθαι περὶ δαιτι

haud dubie *πλεόνεσσι* non iungens cum *ἀνδράσι* sed suspen-

dens ab adi. *ἀργαλέον*: *arduum est etiam numero superioribus negotium pugnare de coena cum viris.* Quae tam perplexa est verborum compositio, ut facile intellegas originem lectionis *παύροισι* pro *πλεόνεσσι* memoratae a Scholiasta ad h. l., nec mireris recentiorem aliquem interpolatorem putasse *πλεόνεσσι* pendere a verbo *μάχεσθαι*, cum versum de suo adderet 251 *εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο· σὺ δ'οὐ κατὰ μοῖραν ἔϝειπες*, merito suspectum iam Nauckio. Aliud exemplum adi. *ἀργαλέον* relati ut h. l. ad verbum praegressum legitur Il. *Υ* 367. Si tamen quem forte movet observatio post formulam *ἀργαλέον δὲ* sequi solere Infinitivum inde suspensum, is gravem huius versus, quem spurium esse suspicor, corruptelam admittat necesse est. Nihil certe proficitur Nauckii coniectura *ἄνδρεσσιν πλεόνεσσι*.

Od. *ζ* 182:

οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασι ϝοῖκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή· πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν
χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· μάλιϛα δέτ' ἔκλυον αὐτοί.

Vocabulum *εὐμενέτης* probe Graecum esse persuadere mihi nequeo, nec dubito quin h. l. Homerus dederit, quod post eum usurparunt omnes:

χάρματα δ' εὐμενέεσσι·

Vocabuli antiquitatem praeter oppositum h. l. *δυσμενέεσσιν* testatur auctor Hymni XX, 7:

χαῖρε, Ποσείδαον γαιήοχε, κυανοχαῖτα,
καὶ μάκαρ, εὐμενὲς ἦτορ ἔχων, πλώουσιν ἄρηγε.

Longe gravius depravata sunt ipsa sequentia *μάλιϛα δέτ' ἔκλυον αὐτοί*, quae dudum mihi crearunt molestias, quare non sine laetitia quadam in nupera Nauckii editione annotatum vidi »*verba vitiosa.*" Olim, collato loco Iliadis *Α* 218, conieceram:

θεοὶ δὲ μάλ' ἔκλυον αὐτῶν.

ut dii, quippe matrimonii auctores (cf. 180 sq.), coniugibus

felici concordia viventibus propitii esse dicantur et exaudire eorum preces. Sed de his quidem iudicent peritiores.

Od. *γ*, 290:

κύματά τε τροφόεντα πελώρια, ϝῖσα ὄρεσσιν.

Molestum hiatum nullo negotio removeas scribendo:

ϝῖσ' ὀρέεσσιν

ut *βελέεσσιν*, alia multa. Caesura eadem erit quae mox vs. 296 *κῦμ' ἀποϝέργει*.

γ, 427:

οἱ δ' ἄλλοι μένετ' αὐτοῦ ἀολλέες, εἴπατε δ' εἴσω
δμῳῇσιν κατὰ δώματ' ἀγάκλυτα δαῖτα πένεσθαι
ἔδρας τε ξύλα τ' ἀμφὶ καὶ ἀγλαὸν οἰσέμεν ὕδωρ.

Frustra sunt, qui ad *ἀμφί* ex versu praegresso verbum *πένεσθαι* intellegi posse censeant. Corruptam esse praepositionem vidit Nauckius non inepte coniciens *αὖα*. Lenius tamen possis:

ἔδρας τε ξύλα τ' ἄμμι καὶ ἀγλαὸν οἰσέμεν ὕδωρ.

Od. *δ*, 206. Vide infra ad *ξ*, 532.

δ, 536 sq.:

οὐδέ τις Ἀτρεΐδεω ἑτάρων λίπεθ' οἵ ϝοι ἕποντο.
[οὐδέ τις Αἰγίσθου, ἀλλ' ἔκταθεν ἐν μεγάροισιν].

Versum per se iam valde suspectum suspectiorem reddit narratio Od. *λ* 412 sq.

δ, 690 sqq.:

οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον οὔτε τι ϝειπὼν
ἐν δήμῳ· ἥ τ' ἔξι δίκη θεῖων βασιλήων·
ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον κε φιλοίη.

Prava syntaxis! Si versus 692, quo facile careas, est genuinus, correxerim:

ἄλλον μέν κ' ἐχθοιτο βροτῶν, ἄλλον δὲ φιλοίη.

Cf. v. c. *Θ*, 429.

Sed potius crediderim additum esse ab interpolatore, qui non intellegeret verba *ἤ — βασιλήων* pertinere ad praegressa.

Od. ε 173 sqq. Ulysses Calypso ratem aedificare se iubentem his verbis alloquitur suspicione plenis:

ἄλλο τι δὴ σύ, θεά, τόδε μήδεαι, οὐδέ τι πομπὴν
ἣ με κέλῃ (f. κελεαι) σχεδίῃ περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης
δϝεινόν τ' ἀργαλέον τε· τὸ δ' οὐδ' ἐπὶ νῆες ἐϝῖσαι
ὠκύποροι περόωσιν ἀγαλλόμενοι Διὸς οὔρῳ,
οὐδ' ἂν ἐγὼν ἀϝέκητι σέθεν σχεδίης ἐπιβαίην,
εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι
μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.

Ultimus horum versuum, qui, excepta necessaria pronominis *μοι* mutatione in *τοι*, sine varietate repetitur in responso Calypsus vs. 188, manifesto absurdus est. Nam omni vi caret pronomen *αὐτῷ*, quandoquidem nemo est in insula (neque ipsa Dea neque socii, qui omnes perierant) cui Ulysses opponatur aut opponi possit. Quod minime valet de alio loco huius simillimo in libro X, ubi eadem verba recurrunt in oratione herois Ithacensis ad Circen, ipsum ad amplexus suos invitantem vs. 337 sqq.:

ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλῃ (l. *κέλεαι*) *σοι ἤπιος εἶναι;*
ἤ μοι σῦς μεν ἔθηκας ἐνὶ μεγάροισιν ἑταίρους,
αὐτὸν δ' ἐνθάδ' ἔχουσα δολοφρονέουσα κελεύεις
ἐς θάλαμόν τ' ἰέναι καὶ σῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
ὄφρα με γυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείῃς,
οὐδ' ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι
μή τι μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.

Ibi enim et *αὐτῷ* et *ἄλλο* quam vim habeant statim perspicitur, si quidem Circe et sodales Ulyssis in sues mutaverat et ipsum mutare quamvis frustra tentaverat. Contra Calypso Laertae filium comiter ac benevole a se exceptum neque ullo dum malo affecerat neque afficere fuerat conata. Utrumque locum non ab eodem poeta compositum esse cadit

in oculos, sed alterum ex altero imitando expressum, ita vero ut dubium esse nequeat, quin locus ex libro quinto factus sit ad exemplum posterioris, idque adeo inepte, ut Odysseae auctori sine controversia sit abiudicandus. Iterum poetaster supino scribendi genere se prodidit in responso Calypsus vs. 190:

καὶ γὰρ ἐμοὶ νόος ἐξὶν ἐναίσιμος, οὐδέ μοι αὐτῇ
θυμὸς ἐνὶ ϛήθεσσι σιδήρεος, ἀλλ' ελεήμων

ubi *αὐτῇ* denuo omni vi caret, *ἐλεήμων* vero alibi apud Homerum non reperitur. Sacramentum autem Calypsus per Stygem ε 184 sqq.:

ἴϛω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν
καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅϛτε μέγιϛος
ὅρκος δϝεινότατός τε· μέλει μακάρεσσι θεοῖσιν

totidem verbis legitur in Iliade *O*, 36—38.

Tam gravibus igitur compulsus rationibus statuo ex libro quinto Odysseae ut spurios eliminandos esse versus XX, 171—191, ad quos componendos impostorem movisse suspicor cogitationem, nimis periculosum videri iter maritimum *ἐπὶ σχεδίης*, *in rate* scilicet. At non satis attendit ad artificiosissimam ratis fabricationem, qualis describitur in sequentibus vss. 234—261, unde apparet isti rati ad iustae navis formam et magnitudinem parum aut nihil defuisse.

Etsi autem constat interpolatorem iam legisse libri X vs. 344 sic scriptum:

μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο

nihilominus certum arbitror eum versum vitii non esse immunem, si quidem Ulysses suspicatur Circen eo ipso quod se in lectum suum pellicit malum aliquod *moliri* in ipsum. Ergo opus est, ut iuret se nullas animo *agitare* (non *agitaturam esse*) insidias, itaque sacramento affirmet:

μή τί (μοι) αὐτῳ πῆμα κακὸν βουλευέμεν αλλο.

Nihil vero cogitans interpolator vitiosam scripturam retinuit, nec sensit quam male hoc iusiurandum conveniat orationi Ulyssis ε, 175:

ἀλλο τι δὴ σύ, θεά, τόδε μήδεαι οὐδέ τι πομπήν.

Utrumque tempus miscuit 187:

ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι κτλ.

ζ 94: *ἦχι μάλιστα*
λάιγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα.

Schol. Pal. *ὅπου κατὰ τὴν χέρσον λάιγγας ἀπέπλυνεν ἡ θάλασσα.* Aliud tamen est *κατὰ* aliud *πρὸς τὴν χέρσον*, quocum male coire videtur verbum *ἀποπλύνεσκε*, *abluebat*. Quare videndum annon verior sit altera lectio *ἀποπτύεσκε*, quae eo faciliore errore in illam abire potuit, quod tantae sunt verbi *πλύνειν* in hac rhapsodia partes. Illam autem tuearis loco Iliadis Δ 426, ubi *κῦμα θαλάσσης* dicitur *ἀποπτύειν ἀλὸς ἄχνην*. Neque ineptum foret *ἀποκλύζεσκε*. Legitur *κλύζεσκον*, sed intransitive, Il. Ψ 61: *ὅθι κύματ' ἐπ' ἠιόνος κλύζεσκον*.

ζ, 255:

ὄρσεο δὴ νῦν, ξεῖνε, πόλινδ' ἴμεν, ὄφρα σε πέμψω
πατρὸς ἐμοῦ πρὸς (malim *ποτὶ*) *δῶμα δαΐφρονος, ἔνθα*
[σε φημὶ
πάντων Φαιήκων εἰδησέμεν ὅσσοι ἄριστοι.

Usus verbi *οἶδα*, *scio, novi* tam ineptus est, ubi manifesto requiritur *offendendi*, *inveniundi* notio, ut in alio poeta rescribere non dubitarem *εὑρησέμεν*. Quia tamen in neutro carmine Futurum *εὑρήσω* reperitur, sed poeta pro eo constanter posuit aut *κιχήσομαι* aut *δήω*, longe probabilior est correctio:

πάντων Φαιήκων ἔτι δηέμεν ὅσσοι ἄριστοι

ἔτι praeterea, scil. *praeter ipsum patrem*. Cf. imprimis *η*, 48 sqq. Ceterum ex his similibusque locis luculenter apparet Penelopae procos epulantes in aedibus regiis in eo peccasse, quod absente Ulysse id facere pergerent, quod olim facere consuessent ipso praesente.

η, 116, ubi describitur hortus Alcinoi:

συκέαι τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἀπολείπει
χείματος οὐδὲ θέρευς κτέ.

dudum receptam oportuit alteram lectionem *ἐπιλείπει*, *deficit*. Praepositio male adhaesit ex verbo praecedenti.

η, 196 suspicor: *πρίν γε ϝεῆς γαίης ἐπιβήμεναι κτἑ.* pro *πρίν γε τὸν ἦς κτἑ.*

ϑ, 34:

ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν
πρωτόπλοον, κούρω δὲ δύο καὶ πεντήκοντα
κρινάσθων κατὰ δῆμον, ὅσοι πάρος εἰσὶν ἄριστοι.

Non video quibus machinis defendi possit Aoristus med. huius verbi usurpatus pro passivo *κρινθέντων*, ut recte legitur mox vs. 48:

κούρω δὲ κρινθέντε δύω καὶ πεντήκοντα.

Sed multo lenius corrigendum:

κρινέσθων κατὰ δῆμον κτἑ.

ϑ 167:

οὕτως οὐ πάντεσσι ϑεοὶ χαρίεντα διδοῦσιν
ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν οὔτ' ἀρ φρένας οὔτ' ἀγορητύν.

Dudum est ex quo collato loco Iliadis *Δ* 320 scribendum conieci:

οὐ γάρ πως ἅμα πάντα ϑεοὶ χαρίεντα διδοῦσιν κτἑ.

Nunc video Nauckium annotare »*versus vix integer;* quid requiratur docet *Δ*, 320."

ϑ, 313 sqq. Vulcanus, ubi Iovem ceterosque deos convocat, ut Martem conspiciant cum Venere in ipsius toro coniugali irretitum, his verbis utitur:

ἀλλ' ὄψεσϑ' ἵνα τώ γε καϑεύδετον ἐν φιλότητι
εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες· ἐγὼ δ' ὀρόων ἀκάχημαι.
οὐ μέν σφεας ἔτ' ἔολπα μίννυϑά γε κειέμεν οὕτω
καὶ μάλα περ φιλέοντε· τάχ' οὐκ ἐϑελήσετον ἄμφω
εὐδέμεν· ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰς ὅ κε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδῷσιν ἔϝεδνα.

Ecquis est qui non sentiat quam misere post verba praegressa langueant haec: *τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω εὐδέμεν*, quae ut praecedentium interpretamentum quin foede interpolata sint nullus dubito. Priscus vates, nisi egregie fallor, pro tribus versiculis duos dederat hosce:

οὐ μέν σφεας γε ϝέϝολπα μίνυνθ' ἔτι κειέμεν οὕτω
καὶ μάλα περ φιλέοντ' ἀλλά σφεας δεσμὸς ἐρύξει κτέ.

Λόλος sumtum e praegresso vs. 276.

ϑ, 351 sqq.:

δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.
Πῶς ἄν ἐγώ σε δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας;

Plura in his offensioni sunt: *καί* sine vi positum, *δέοιμι* forma suspecta apud Homerum pro *διδείην*, particula *κεν* male additum. Partim ope codicis Vratislavensis, qui exhibet *φέριςε — δέοιμι*, scribendum conieci:

δειλαί τοι δειλῶν γε κατεγγύαι ἐγγυάασθαι.
Πῶς ἄν ἐγὼ σέ, φέριςε, μετ' ἀθανάτοισι διδείην,
εἴπερ Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας;

ι, 74:

ἔνθα δύω νύκτας δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεὶ
κείμεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσιθυμὸν ἔδοντες.

et Π. *M*, 25 *ὗε δ' ἄρα Ζεύς | συνεχές.*

Cum duobus hisce locis (nam alibi nusquam in tota poesi Homerica exstat adverbium metro infestum) compares velim Π. *I*, 317, *Ξ* 58, *P* 148, 358, 413, *T* 232, Od. *π* 191 et *χ* 228, ubi eadem vi ac potestate scriptum est *νωλεμές*, quod pro illo utrobique restituendum esse arbitror. *Συνεχές* ex posteriore Graecitate ibi substitutum videtur pro glossa antiqua. Cf. Hesychius s. v. *νωλεμές — συνεχές*. Apollonius in lexico: *νωλεμέως· συνεχῶς.*

ι, 143. Versus mihi valde suspectus.

ι 364 ait Ulysses:

Κύκλωψ, εἰρωτᾳς μ' ὄνομα κλυτόν· αὐτὰρ ἐγώ τοι
ἐκϝερέω· σὺ δέ μοι δὸς ξείνιον ὥσπερ ὑπέςης.

Nempe Cyclops dixerat vs. 355 sq.:

καί μοι τεὸν οὔνομα ϝειπὲ
αὐτίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξείνιον, ᾧ κε σὺ χαίροις.

Sed tamen Ulysses ei non statim respondet:

ὣς φατ'· ἀτὰρ ϝοι αὖτις ἐγὼ πόρον αἴθοπα ϝοῖνον,
τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων, τρὶς δ'ἔκπιεν ἀφραδίῃσιν.
αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωπα περὶ φρένας ἦλυθε ϝοῖνος,
καὶ τότε δή μιν ἔπεσσι προσηύδων μειλιχίοισιν·
Κύκλωψ, εἰρωτᾳς κτἑ.

Quare vide ne aptius sit tempus Imperfectum:

Κύκλωψ, εἰρώτας μ' ὄνομα κλυτόν· κτἑ.

κ 28 Ulysses, posteaquam narravit Aeolum sibi vela facturo in patriam tradidisse ventos utri inclusos ita pergit:

ἐννῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ,
τῇ δεκάτῃ δ' ἤδη ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα,
30. *καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντες,*
ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμηῶτα·
αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων, οὐδέ τῳ ἄλλῳ
δῶχ' ἑτάρων, ἵνα θᾶσσον ἱκοίμεθα πατρίδα γαῖαν.
34. *οἱ δ' ἑτάροι ϝεπέεσσι πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον·*
38. *ὦ πόποι, ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐςιν*
ἀνθρώποισιν, ὅτεών τε πόλιν καὶ γαῖαν ἵκηται.
πολλὰ μὲν ἐκ Τροίης ἄγεται κειμήλια καλὰ
ληίδος· ἡμεῖς δ'αὖτε ὁμὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες
ϝοίκαδε νισσόμεθα κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες·
καὶ νῦν ϝοι τάδ' ἔδωκε χαριζόμενος φιλότητι
Αἴολος. ἀλλ' ἄγε θᾶσσον ἰδώμεθα ὅττι τάδ' ἐςιν,
ὅσσος τις χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἀσκῷ ἔνεςιν·
ὣς ἔφασαν, βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων·
ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν.

Venustae narrationis eximio lepori me iudice valde officiunt

tres versiculi, quos additos olim post vs. 34 ab interpolatore, ut mihi persuadeo, consulto omisi:

καί μ' ἔφασαν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον οἴκαδ' ἄγεσθαι,
δῶρα παρ' Αἰόλου μεγαλήτορος Ἱπποτάδαο·
ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον.

An te, his praegressis, iam aeque delectant ipsi sociorum sermones et lepidus consiliorum eventus:

ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν?

κ 493. Hic versiculus *κακομετρώτατος*, in quo merito Nauckius sprevit lectionem codicis Marciani *μάντηος* pro *μάντιος*, num genuinus sit valde dubito. Prorsus enim est supervacaneus ante duos vss. sequentes et facile fingi potuit ope locorum Z 352 et *σ* 234.

μ, 22. Circe ad socios Ulyssis reduces ab inferis:

σχέτλιοι, οἳ ζώοντες ὑπήλθετε δῶμ' Ἀΐδαο
δισθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι.

Hunc locum manifesto respicit Lucianus in *Alexandro* cap. XIV extr. ita scribens: *Ὁ δὲ δρομαῖος αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἴετο φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκλήπιον δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι κτέ.* Quare ei reddiderim hexametrum iocose factum ad exemplum loci Homerici:

δὶς τεχθέντ', ὅτε (τ') ἄλλοι ἅπαξ τίκτοντ' ἄνθρωποι.

Opinio olim fefellit Cobetum, Luciano verba *ὅτε — ἄνθρωποι* abiudicantem.

ξ 103: *ἐνθάδε δ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν ἕνδεκα πάντα*
ἐσχατιῇ βόσκοντ', ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄρονται.

Recte Nauckius »*ὄρονται vitiosum.*" An *ΕΙΠΟΝΤΑΙ* pro *ΟΡΟΝΤΑΙ*? Cf. *ο* 397, *Ω* 338.

ξ 532: *βῆ δ' ἴμεναι κείων, ὅθιπερ σύες ἀργιόδοντες*
[πέτρῃ ὑπο γλαφυρῇ εὗδον, βορέω ὑπ' ἰωγῇ].

At sues cubabant in aula. Cf. 410 sqq. et *o* 355, non *sub cava rupe*. Versus fortasse est spurius additus ab eo qui non intellegeret ex *κείων*, verbo desiderativo, mente repetendum esse *κείατο*. Sed quisquis versiculum addidit, non scripsisse videtur, quod nemo intellegit, *ὑπ' ἰωγῇ* vel *ὑπιωγῇ* (nam de lectione non constabat inter Alexandrinos et *ἰωγῇ* esse *σκέπη* vanum est eorundem commentum), sed potius:

πέτρῃ ὕπο γλαφυρῇ εὗδον βορέω ἀπ' ἰωῆς

i. e. *remotae a Boreae flatu*. Cf. *Δ* 276, *Λ* 308. Similis error ansam dedit ineptissimae interpolationi *δ* 204:

ὦ φίλ', ἐπεὶ τόσα ϝείπες ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνὴρ·
[εἴποι καὶ ῥέξειε, καὶ ὃς προγενέστερος εἴη],

ubi impostorem arguit absurdum additamentum *καὶ ῥέξειε* ad explendum versum necessarium.

o, 198: *ἥδε δ' ὁδὸς καὶ μᾶλλον ὁμοφροσύνῃσιν ἐνήσει.*
Aliquanto rectius codex Venetus *ἐνήκε*, quod vel coniectura fuerat restituendum.

π, 213: *ὣς ἄρα φωνήσας κατ' ἄρ' ἕζετο.*
Rectius videtur:

ὣς ὄγε φωνήσας κατ' ἄρ' ἕζετο,

ut legitur *Δ* 68, *B* 76, alibi:

ἦ τοι ὅγ' ὣς ϝειπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

ρ, 118:
ἔνθ' ἴδον Ἀργείην Ἑλένην, ἧς εἵνεκα πολλοὶ κτέ.
Transposuerim:

ἔνθ' Ἑλένην ϝίδον Ἀργείην κτέ.

ϱ, 316: *βένθεσιν ὕλης*. Substantivum *βένθος* alibi constanter de sola aqua usurpatur. Quare longe est probabilior lectio memorata a Scholiasta *τάρφεσιν*, quam recepit Duentzerus.

σ, 25: ὦ πόποι, ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει
γρηὶ καμινόι ϝῖσος, ὃν ἂν κακὰ μητισαίμην
κόπτων ἀμφοτέρῃσι, χάμαι δέ τε πάντας ὀδόντας
γναθμῶν ἐξελάσαιμι συὸς ὣς ληιβοτείρης.

Haec Iri mendici ad Ulyssem oratio vereor ne gravi mendo laboret. Vix enim satis apte is qui vehementer *cupit alterum male mulcare*, dicit *se libenter mala in eum machinaturum esse*. Malim certe:

ὃν ἂν καταϝεικισσαίμην

Cf. infra 220:

οἷον δὴ τόδε ϝέργον ἐνὶ μεγάροισιν ἐτύχθη,
ὃς τὸν ξεῖνον ἔασας ἀϝεικισθήμεναι οὕτως.

i. e. περιυβρισθῆναι. Cf. *Π* 345, 559, *T* 26, *X* 256, 404, *Ω* 22, 54.

Verbum compositum legitur τ, 7:

ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσι ϝεϝοίκει (arma)
οἷά ποτε Τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν Ὀδυσσεύς,
ἀλλὰ κατήκιϛαι, ὅσσον πυρὸς ἵκετ' ἀυτμή.

At forma contracta κατήκιϛαι apud Homerum tolerari omnino nequit, quia verbum ubique est quadrisyllabum ἀϝεικίζω (ἀϝεικίζομαι), ut constanter legitur ἀϝεικής, ἀϝεικείη (αἰκεία non sine causa Elmsleius statuit Atticis reddi oportere pro αἰκία) ἀϝεικέλιος, ἀϝεικελίως. Non igitur de nihilo esse censeo quod codex Augustanus pro ὅσσον exhibeat ὅσον, sed hac lectione recepta corrigendum esse:

ἀλλὰ κατηϝείκιϛαι, ὅσον πυρὸς ἵκετ' ἀυτμή.

Utut autem iudicabitur de corruptela loci σ, 26, hanc quidem certissimam esse arbitror emendationem.

σ, 88: ὣς ϝατο, τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἕλλαβε γυῖα.

Sermonis Homerici proprietas eam requirit structuram quam antiqui grammatici appellarunt σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος. Iniuria igitur editores (praeter la Roche, ut admonet me Naberus) spreverunt codicis Veneti lectionem:

ὣς ϝατο, τὸν δ' ἔτι μᾶλλον κτέ.

Δ 362 *τί δέ σε φρένας ἶκετο πένθος*, *Δ* 526, alibi: *τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν*, *H* 215 *Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ϝέκαστον*, *Ω* 170 *τὸν δὲ τρόμος ἔλλαβε γυῖα*, cett. Vitiosus est et *κακόμετρος* Iliad. *Θ* vs. 452:

σφῶιν δὲ πρίν περ τρόμος ἔλλαβε φαίδιμα γυῖα

quem corrigere quidem nequeo, sed non dubito quin primitus ab initio fuerit *σφῶι δὲ*.

τ 83 Ulysses ad ancillam:

μή πώς τοι δέσποινα κοτεσσαμένη χαλεπήνῃ
ἢ 'Οδυσεὺς ἔλθῃ· ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα.

Codd. variant inter ἔλθῃ et ἔλθοι. Verum videtur *ἐλθών*, ut cogitando suppleamus *κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ*.

τ, 262:

ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω 'Οδυσῆος,
μηκέτι νῦν χρόα καλὸν ἐναίρεο μηδέ τι θυμὸν
τῆκε πόσιν γοόωσα, νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδέ·
καὶ γὰρ τίς τ' ἄλλοῖον ὀδύρεται ἄνδρ' ὀλέσασα
κουρίδιον, τῷ τέκνα τέκῃ φιλότητι μιγεῖσα.
[ἢ 'Οδυσῆ' ὅν φασι θεοῖς ἐναλίγκιον εἶναι].

Ultimus versus non videtur genuinus. Nam non modo otiosus est (cf. Il. *E* 638 sqq.), sed etiam offendit *φασί* in ore eius, qui modo (185 sqq.) Penelopae narravit se aliquando hospitio excepisse Ulyssem, eiusque tam probe meminerat ut ipse viri vestimenta et ornamenta accuratissime describeret 225 sqq. *Φασί* aptum est, ubi agitur de eo quem ipse numquam videris. Il. *Δ* 374 sq.

ὣς φάσαν οἵ ϝε ϝίδοντο πονεύμενον· οὐ γὰρ ἔγωγε
ἤντησ' οὐδὲ ϝίδον· περὶ δ'ἄλλων φασὶ γενέσθαι.

τ, 312:

ἀλλά μοι ὦδ' ἀνὰ θυμὸν ὀΐεται ὡς ἔσεταί περ,
ἀλλ' 'Οδυσεὺς ἔτι ϝοῖκον ἐλεύσεται κτλ.

Immo vero:

ἀλλά μοι ὧδ' ἄρα θυμὸς ὀΐεται κτέ.

ut est *ι*, 213:

αὐτίκα γάρ μοι ὀΐσατο θυμὸς ἀγήνωρ

et *κ*, 248:

γόον δ' ὠίετο θυμός.

Impersonaliter nemo graecorum hoc verbo usus est.

τ, 377: *ἐπεί μοι ὀρώρεται ἔνδοθι θυμὸς κήδεσιν*

et mox 524:

ὥς καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸς ὀρώρεται ἔνθα καὶ ἔνθα.

Utrobique Nauckius ut suspectum notavit *ὀρώρεται* pro *ὄρωρε*. Sed tertius accedit locus Iliadis *N* 271:

ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο.

Quare fortasse praestat a mirabili forma abstinere manum, licet illic *ὀρίνεται*, hic *ὀρίνηται* reponendum esse facile crederes. Cf. *B* 142, *Γ* 395, *Δ* 28, *Λ* 804, *N* 481, *Τ* 272, Od. *ρ* 47, *σ* 75, *υ* 9, *ω* 318, cett.

τ, 510:

καὶ γὰρ δὴ κοίτοιο τάχ' ἔσσεται ηδέος ὥρη

Citatur ex editione Florentina elegantior verborum ordo *ηδέος ἔσσεται*, quo adscito poetae reddi potest Aeolica litera:

καὶ γὰρ δὴ κοίτου τάχα ϝηδέος ἔσσεται ὥρη.

υ, 377: *οὐδέ τι ϝέργων*
ἔμπαιον οὐδὲ βίης.

Suspectum *ἔμπαιον* correpta diphthongo. Transposuerim:

οὐδ' ἔμπαιον
ϝέργων οὐδὲ βίης.

φ, 159:

αὐτὰρ ἐπὴν τόξου πειρήσεται ἠδὲ ἴδηται,
ἄλλην δή τιν' ἔπειτα Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων
μνάσθω ἐϝέδνοισι διζήμενος.

Sensu cassa sunt verba ἠδὲ ἴδηται. Sententia aliquid postulat, unde appareat rem frustra tentari. Longius distat quod statim cogitanti se offert:

αὐτὰρ ἐπὴν τόξου πειρήσεται, οὐδὲ τανύσσῃ,

nec tamen quidquam reperio, quod sententiae aeque satisfaciat. Quaerant alii, ita tamen ut caveant a suspicando ἠδὲ λίπηται, quo verbo Homerus non utitur sensu metaphorico.

φ, 263:

ἀλλ' ἄγε, ϝοινοχόος μὲν ἐπαρξάσθω δεπάεσσιν,
ὄφρα σπείσαντες καταθείομεν ἀγκύλα τόξα.

Absurde ultima verba adduntur ab Antinoo qui iam vs. 259 sq. iusserat:

τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; ἀλλὰ ϝέκηλοι
κάτθετε.

Non enim is hercle hoc volebat, procos primum *libare*, deinde *deponere arcum*, sed primum *ponere arcum*, deinde *libare*, tum *abire domum*, ut opinor. Quare non exputo quid aliud poeta dicere potuerit quam hoc:

ὄφρα σπείσαντες καταϰείομεν (οἴϰαδ' ἰόντες),

ut totidem verbis scriptum exstat loco simili Od. σ, 418 sq. *En manifestum exemplum veteris lacunae expletae a librariis.* Quare haud scio an locis supra tractatis ζ 182 et φ 159 idem accidisse statuendum sit. Cf. ad ω, 227. Odyssea aliquanto corruptior ad nostram pervenit aetatem quam vulgo creditur.

χ, 183:

Τῇ ἑτέρῃ μὲν χειρὶ φέρων καλὴν τρυφάλειαν,
Τῇ δ' ἑτέρῃ σάκος εὐρὺ γέρον πεπαλαγμένον ἀζῃ,
Λαέρτεω ἥρωος, ὃ κουριζων φορέεσκεν·
δὴ τότε γ' ἤδη κεῖτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων

Languet ἤδη, ubi potius addendum fuerat πάλαι et iusto debilius dictum videtur nudum κεῖτο. Certe magis mihi quidem placeret:

δή τότ' ἀκηδὲς ἔκειτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων.

Sic τ, 17 de *armis:*

ὄφρα κεν ἐς θάλαμον καταθείομαι ἔντεα πατρὸς
καλά, τά μοι κατὰ ϝοῖκον ἀκηδέα καπνὸς ἀμέρδει.

Sic ζ 26:

ϝείματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα σιγαλόεντα

et ω 185: σώματ' ἀκηδέα κεῖται.

Ad loci compositionem cf. Od. ρ, 294 sqq. de cane Argo:

τὸν δὲ πάροιθεν ἀγίνεσκον νέοι ἄνδρες
αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς,
δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος ἀποιχομένοιο ϝάνακτος.

Cf. Il. *E* 136. Unde apparet in sententiis coordinatis non necessarium esse additum huic formulae γε, etsi frequentius addi concedam. Cf. *Λ* 107, *Υ* 44, *N* 441, Od. ν 92, ο 228, ρ 301.

χ 174:

ἐς θάλαμον βαλέειν, σανίδας δ' ἐκδῆσαι ὄπισθεν.

Quae possit esse vis praepositionis non exputo. Conieci:

σανίδας δ' ἐὺ δῆσαι ὄπισθεν.

Ceterum sine exemplo dictum videtur δῆσαι *de claudenda ianua.* Sed κλῃσαι, de quo reponendo aliquis cogitaverit, pugnaret cum usu Homerico, qui requireret κληῖσαι. Poeta quidem promisce usurpat ἤϊα et ᾖα, sed κλῇς et κλῄω nusquam apud eum reperiuntur.

ω, 227 de Laerte dicitur:

περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας
κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων
χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ βάτων ἕνεκ'· αὐτὰρ ὕπερθεν
αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε, πένθος ἀέξων.
τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς
γήραϊ τειρόμενον, μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἔχοντα,

cadit in oculos, quam inepte vel potius ridicule haec Laertis descriptio terminetur verbis *πένθος ἀείξων*. Quasi vero senex propter gravem luctum gestaret pileum! Verba depravata quin sint punctum temporis non dubito. Quid auctor dederit certa quidem emendatione haud facile restituas. Sed tamen a sententia non longe aberrare eum qui coniecerit *θάλπος ἀλέξων*, *aestum arcens* (a capite calvo), documento sunt quae praecedunt:

κνημῖδας — γραπτοῖς ἀλεείνων
χειρῖδάς τ' — βατῶν ἕνεκα.

Πένθος procul dubio fluxit e vs. 232.

ω, 273: *καί ϝοι δῶρα πόρον ξεινήια, οἷα ϝεϝοίκει.*

Peccat hic versus contra sermonem Homericum, in quo *ξεινήιον* constanter est substantivum (Att. *ξένιον*), neque omnino apud scriptores Graecos adiectivum *ξεινήιος* usquam repertum est. Cl. vs. 283 intelleges poetam dedisse:

καί ϝοι πολλὰ πόρον ξεινήια, οἷα ϝεϝοίκει.

Δῶρα procul dubio glossema est adscriptum ex vs. 283. Cf. Hesych. *ξένια*: — *δῶρα*. Nostrorum librorum errorem esse vix dubitabis.

ω, 546:
ὅρκια δ' αὖ κατόπισθε μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκε
Παλλὰς Ἀθηναίη.

Merito suspectum Nauckio adv. *κατόπισθεν*. Nam quod sententia admittit *in posterum*, Homero non sic dicitur sed *ὀπίσω*. Legendum suspicor:

ὅρκια δ' αὖ τότε πιϛὰ μετ' ἀμφοτέροισιν ἔθηκε κτλ.

Cf. supra 483:

ὅρκια πιϛὰ ταμόντες ὃ μὲν βασιλευέτω αἰεί.

Vid. *B* 124, *Γ* 73, 94, 245, 252, 269, 280, 323, cett.

Claudant harum observationum agmen disquisitiones quae-

dam grammaticae, quarum primam institui circa usum vocabulorum synonymorum *ΒΡΟΤΟΣ* et *ΘΝΗΤΟΣ* apud Homerum.

Od. *γ*, 1 sqq.:

Ἠέλιος δ'ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην,
οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνοι
καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

η, 210:

οὐ γὰρ ἔγωγε
ἀθανάτοισι ϝέϝοικα, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
οὐ δέμας οὐδὲ φυήν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσιν.

μ, 386:

ἠέλι' ἦ τοι μὲν σὺ μετ' ἀθανάτοισι φάεινε
καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Ex tribus his locis (quibus compara Hymn. VI, 20) apparet Odysseae auctorem iam non amplius respexisse primitivam vocabuli *βροτός* potestatem, quippe nati ex *μορτός*, neque igitur significatione diversi a *θνητός*. Iungit enim *θνητοῖσι βροτοῖσι* prorsus eodem modo quo Od. *γ*, 114, alibi *καταθνητῶν ἀνθρώπων*, ita ut iam prorsus nihil intersit inter *βροτός* et *ἄνθρωπος*. Non magis propriam vocabuli vim perspexit aut certe respexit is qui panxit locum Iliadis *Σ*, 361 sqq.:

αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔϝειπες;
καὶ μὲν δή πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι,
ὅσπερ θνητός τ' ἐσι καὶ ου τόσα μήδεα ϝοῖδεν.

quo lecto aliquis cavebit a comparando cum locis illis ex Odyssea allatis *νεκρούς τεθνηῶτας* similesque apud Homerum abundantias. Neque, opinor, respexit is, qui ibidem 539 de bellatoribus a Vulcano in scuto Achillis effictis cecinit:

ὡμίλευν δ' ὡϛε ζωοὶ βροτοὶ ἠδ' ἐμάχοντο

vel Il. *Ψ*, 331: *ἤ τευ σῶμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνηῶτος*
vel Il. *Ω*, 43, ubi est de leone:

ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ μεγάλη τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα, βροτῶν ἵνα δαῖτα λάβῃσιν,

Ex his similibusque locis si non constaret ΒΡΟΤΟΣ apud Homerum prorsus idem valere quod ἄνθρωπος, dubitari posset de locis hisce:

Il. *T* 22, ubi sic Achilles ad matrem:

μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν οἷ ἐπιϝεικὲς
ϝέργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.

Σ, 84:

τὰ μὲν (τεύχεα) Πηλῆι θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα
ἤματι τῷ ὅτε σε βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ.

Φ, 379:

οὐ γὰρ ἔοικεν
ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτοὺς ἀλαπαζέμεν ἄντην.

Attamen vel his ipsis locis poetam usurpantem *βροτός* magis *humanitatis* quam *mortalitatis* notionem premere probabile fit comparantibus locos hosce:

Ω, 60:

αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐσι θεᾶς γόνος, ἣν ἐγὼ αὐτὴ
θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν
Πηλέι, ὃς περὶ κῆρι φίλος γένετ' ἀθανάτοισιν.

B, 821:

Ἶδης ἐν κνημοῖσι θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Ω, 67:

ἀλλὰ καὶ Ἕκτωρ
φίλτατος ἔσκε θεοῖσι βροτῶν οἳ ἐν Ἰλίῳ εἰσίν.

Z, 446:

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τις ἐσι βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,
ὅς τις ἔτ' ἀθανάτοισι νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει.

Od. *α* 66:

ὃς περὶ μὲν νόον ἐσι βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσιν
ἀθανάτοισιν ἔδωκε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Nempe frequentissimo poetarum epicorum usu deorum hominumque epitheta *ἀθάνατος* et *βροτός* idem passa esse videntur, quod plurimis epithetis Homericis accidisse animadvertimus, ut sensim aliquid amitterent ex vi primitiva. Deos

igitur significaturi sine discrimine dicere coeperunt *θεοί* sive *θεοὶ ἀθάνατοι* (vide v. c. Il. *E*, 442, ubi inter se opponuntur *ἀθάνατοι θεοί* et *χάμαι ἐρχόμενοι ἄνθρωποι*), sive *ἀθάνατοι*, homines autem *ἄνδρες*, sive *βροτοὶ ἀνέρες* sive *βροτοί*, vix amplius cogitantes immortalem illorum mortalemve horum conditionem. Pellucida tamen adiectivi *ἀθάνατος* natura effecit, ut vera eius notio non posset ita obscurari, ut notionem *τοῦ ΒΡΟΤΟΣ* obscuratam esse vidimus v. c. loco Iliadis *Σ* 361 sqq.

Ad hanc lucem iam nemo mirabitur poetam *ἀσπίδα ἀνδρομήκη* Il. *Λ* 32, alibi appellare potuisse *ἀμφιβρότην*.

Observatione quoque dignum est oppositum vocabulum *ἄμβροτος* rariuscule ab Homero usurpari *de ipsis dis immortalibus*, qui sexcenties audiunt *ἀθάνατοι*, sed plerumque adhiberi de rebus *non humanis*, sed *divinis* vel *a dis profectis*, velut *αἷμα*, *δῶρα*, *τεύχεα*, *ϝείματα*, *κρήδεμνον*, *ἐγχος*, *νύξ*, *ἔλαιον*. Di ipsi sic dicuntur Il. *X*, 9 (quo unico loco opponitur *θνητός*), *Υ*, 358, *Ω*, 460 et Od. *ω*, 445. Loco Iliadis *Π*, 866:

τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες ἵπποι
ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆι θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,

ita vocantur equi Achillis, qui alibi audiunt *ἀθάνατοι* *Ρ*, 445 et *Π*, 154. Etiam hoc notandum *βροτός non usurpari nisi genere masculino.*

Ut nullus igitur exstat in carminibus Homericis locus, unde sine ulla controversia confici potest poetam usurpantem vocabulum *ΒΡΟΤΟΣ* diserte premere voluisse *mortalem hominis conditionem*, ita *ΘΝΗΤΟΣ* saepissime ita ponitur ut necessario urgenda sit propria vocabuli potestas.

Π, 622: *θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι.*

Π, 441: *ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ.*

Ρ, 443: *ἆ δειλώ, τί σφῶι δόμεν Πηλῆι ϝάνακτι*
θνητῷ, ὑμεῖς δ' ἔγον ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε.

Σ, 362 *βροτὸς — — —*
ὅς περ θνητός τ' ἐξι.

Φ, 567:

καὶ γάρ θην τούτῳ τρωτὸς χρὼς ὀξέϊ χαλκῷ
ἐν δὲ ἴα (μία?) ψυχή, θνητὸν δέ ϝέφασ' ἄνθρωπον.

Σ, 86:

αἴθ' ὄφελες σὺ μὲν αὖθι μετ' ἀθανάτης ἁλίησιν
ναίειν, Πηλεὺς δὲ θνητὴν ἀγαγέσθαι ἄκοιτιν.

His adde tres locos unde hanc disquisitionem orsus sum, neque errabis in interpretandis locis *K*, 402, *P*, 76, *M*, 242, *Ξ* 199, *Σ*, 404, *N*, 321, *Π*, 154, *X*, 8, Od. *ε*, 212, *ω*, 64.

Saepius quidem *θνητός* est hominum epitheton ornans. Habemus enim *ἄνδρες θνητοί K*, 402, *Y*, 41, Od. *κ*, 402, *π*, 196, alibi *θνητοί* s. *καταθνητοὶ ἄνθρωποι A*, 338, *Y*, 204, Od. *α*, 219, *ε*, 32, *η*, 247, *ι*, 521, alibi. Veruntamen bene notandum *rarissime apud Homerum ΘΝΗΤΟΣ reperiri absolute positum sine substantivo,* quemadmodum plerumque adhibetur *ΒΡΟΤΟΣ*. Tres tantum sunt loci:

A, 573:

ἦ δὴ λοίγια ϝέργα τάδ' ἔσσεται οὐδ' ἔτ' ἀνεκτά,
εἰ δὴ σφῷ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.

Od. *τ*, 592:

ἐπὶ γάρ τοι ἑκάεργῳ μοῖραν ἔθηκαν
ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

ε, 212:

ἐπεὶ οὔπως οὐδὲ ϝέϝοικε
θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας καὶ ϝεἶδος ἐρίζειν.

et vel his ipsis locis neminem latebit vocabulum vi usurpari aliquantum diversa a notione quam poeta tribuit vocabulo *ΒΡΟΤΟΣ*, ubi cecinit v. c. de leone:

ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα, βροτῶν ἵνα δαῖτα λάβῃσιν.

Sensim vero post Homerum *θνητοί* a Graecis in poetico praesertim sermone prorsus eadem vi dici coeptum est qua *βροτοί* apud Homerum et *mortales* apud Latinos, i. e. pro *ἄνθρωποι* et *homines.*

ΣΩΣ ET COGNATA VOCABULA.

Forma contracta ΣΩΣ hodie sexies legitur apud Homerum semel requirente metro. Locus est Il. *X*, 331 sq.:

Ἕκτορ, ἀτὰρ που ἔφης Πατροκλῆ' ἐξεναρίζων
σῶς ἔσεσθ' κτλ.

Tribus locis legitur in fine hexametri *N*, 773, Od. ε, 505, χ, 28:

νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.

ubi ante caesuram bucolicam metrum praefert:

νῦν μοι σόος αἰπὺς ὄλεθρος.

Duo reliqui loci sunt Od. *o*, 42 = π, 131:

οὕνεκα ϝοι (μοι) σῶς ἐσσὶ καὶ ἐκ Πύλου εἰλήλουθας,

ubi auribus quoque gratior est forma aperta, quae apud Homerum plurimis locis servata est, iubente plerumque metri ratione. Formae ΣΟΟΣ, ΣΟΗ, ΣΟΟΝ, ΣΟΟΙ, ΣΟΑ exstant Il. *A*, 117, 344, *E*, 531, *Θ*, 246, *H*, 310, *O*, 563, 497, *Π*, 252, *P*, 367, *Ω*, 382, Od. *δ*, 98, *ν*, 364.

Non tamen ΣΟΟΣ, sed ΣΑΟΣ, fuisse adiectivi formam antiquissimam, demonstrat cum comparativus, cuius unicum exemplum legitur Il. *A*, 32:

ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε σαώτερος ὡς κε νέηαι,

tum verbum ΣΑΟΩ (ΣΩΩ) et nomina ΣΑΟΦΡΩΝ et ΣΑΟΦΡΟΣΥΝΗ. Qui positivus ΣΑΟΣ utrum Homero reddendus sit necne aliorum iudicio malo permittere, hoc unum monens *σάα* non esse *κακοφωνότερον* quam *ἀγλαά*, nec *σάας* quam *ἀγοράασθε*, alia permulta apud poetam.

Verbum *σώζω* ut ab Homerica lingua alienum optime Nauckius expulit ex Odyssea ε, 490:

σπέρμα πυρὸς σώζων, ἵνα μήποθεν ἄλλοθεν αὖῃ

corrigens *σώων*. Perperam vero editur Il. *I*, 393:

ἦν γὰρ δή με σόωσι θεοὶ καὶ ϝοίκαδ' ἵκωμαι.

Obtemperandum enim fuerat Apioni egregie corrigenti:

ἦν γὰρ δή με σαῶσι κτἑ.

Non melius ibidem 424 scribitur:

ἤ κέ σφιν νῆάς τε σόῃ καὶ λαὸν Ἀχαιῶν.

In codice Veneto est *σοῷ*, sed genuina lectio videtur *σαοῖ* (= *σαόῃ*), ut *μισθοῖ* (= *μισθόῃ*).

Ibidem 681 editum est:

ὅππως κεν νῆάς τε σόῃς καὶ λαὸν Ἀχαιῶν,

quum Aristarchus teste Schol. scriberet *σάῳς* vel *σαῷς*. Equidem verum esse iudico *σαοῖς* (*σαόῃς*), ut *μισθοῖς* (*μισθόῃς*).

Imperfectum *σάου* pro *σάω* Cobetus Homero iam reddidit Il. *Π*, 363 et Imperativum *σάου* pro *σάω*, Od. *ν*, 230 et *ρ*, 595 in Mnemosyne a. 1874, pag. 356.

ΝΗΔΥΜΟΣ an *ΗΔΥΜΟΣ*?

Nota est omnibus Buttmanni in Lexilogo I, p. 169 sqq. disputatio, quae plerisque criticis ita persuasit, ut hodie ubique forma *ἤδυμος* (*ϝήδυμος*) alteri substituta sit. Veterum de ea testimonia more suo diligentissime composuit J. la Roche, *die Homerische textskritik im Alterthum*, p. 315 sq, prope finem suae expositionis haec scribens: *Dass keine einzige stelle gegen die schreibweise ἤδυμος spricht hat Buttmann erwiesen.* Attamen unus est Odysseae locus, quem valde miror nec Buttmanno nec, quod sciam, alii cuiquam creasse molestiam. Legitur *ν*, 79 sqq:

καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν
νήγρετος ἥδιϛος, θανάτῳ ἄγχιϛα ϝεϝοικώς.

Editur ibi hodie ut ceteris locis contra codicum auctoritatem *ἤδυμος*, licet sit me iudice meridiana luce clarius eius auctorem ita canere non potuisse, quippe qui in versu sequenti somnum *ἥδιϛον* vocaverit.

Alia difficultas, quae praeteriisse videtur eruditos, haec est quod forma *ϝήδυμος* peccat contra analogiam Graeci sermonis. Quippe nullum adiectivum (non compositum) termi-

natur in $\overline{\upsilon\mu o\varsigma}$, praeter *ἀμφίδυμος*, *δίδυμος*, *τρίδυμος*, *τετράδυμος*, *ἑπτάδυμος*, similiaque ducta a numeralibus, sed a *ϝῆδος* formari debuerat *ϝήδιμος*, ut *κάλλιμος* a *κάλλος*, *αἴσιμος* ab *αἶσα*, *νόμιμος* a *νόμος*, *νόξιμος* a *νόξος*, *κύδιμος* a *κῦδος*, *βρώσιμος*, *πτώσιμος*, *λεύσιμος*, alia quam plurima.

Peritiores igitur rogatos velim, ut afferant, quibus hos scrupulos animo meo evellere possim. Quod donec aliquis fecerit, liceat mihi retinere obscurissimam librorum omnium lectionem *νήδυμος*.

EICA, cett.

Pro hac forma explicatu valde difficili Vollgraffius meus in dissertatione Academica inscripta *Studia palaeographica*, Leidae 1871, pag. 33 sq., ubique substituendam proposuit notam formam Atticam *ἴσα*. Quae suspicio, licet mihi quoque Homerum legenti saepius se obtulerit, tamen num probari possit, valde dubito propter formas *ἕσας* (ξ 280) et *ἕσασα* (*κ* 361), pro quibus nemo in animum inducat reponere *ἴσας* et *ἴσασα*. Quare, si quid mutandum, potius inclino in eam partem, ut duplicata litera sibilanti, pro *εἶσα* (*ἀν-ἐφ-καθ-εἰσα*) rescribendum suspicer *ἔσσα* cett. Loco Odysseae ξ 295 libri habent:

ἐς Λιβύην μ' ἐπὶ νηὸς ἐέσσατο (vel *ἐέσσατο*) *πον-*
[τοπόροιο.

Sed memorantur in Scholiis Zenodoti lectio *ἐφείσατο* et Rhiani *ἐφέσσατο*, quarum hanc bene recepit Nauckius, qui *ἔσσον* edidit pro *εἶσον* Od. *η*, 163, sed *εἶσε(ν)* retinuit ib. 169, *α*, 130 ceterisque locis omnibus.

ΠΥΡΝΟΝ.

Hoc vocabulum Od. *ο*, 311, *ρ*, 12 et 362 constanter scri-

bitur *παροξυτόνως πύρνον* et *πύρνα*, quem accentum vitiosum esse (quam observationem debeo Nabero) inde apparet, quod ductum a *πυρός* necessario habet vocalem natura longam. Non tamen scripserim *πῦρνον* et *πῦρνα*, sed *ὀξυτόνως πυρνόν* et *πυρνά* ad analogiam adiectivorum *βαρυτόνων* in *ος*, quae syncopen passa sunt, velut ex *νεόγονος* fit *νεογνός*, ex *Τρώιος Τρῳός*, alia.

III. AD HYMNOS HOMERICOS.

Hymnorum Homericorum qui dicuntur hodie post multam et egregiam maximorum criticorum operam ea conditio est, ut ex corruptelis, quae vel hodie textum impediunt, paucae probabili coniectura sanari possint, de longe autem plerisque valeat comici dictum *πρωκτὸς λούτρου περιγιγνόμενος*. Non tamen omnino desunt quae etiamnum utiliter moneri posse videantur. Et primum quidem in his carminibus vocabulorum orthographia nondum ita emendata est, ut nihil agendum supersit. Nam novissimus quidem editor Augustus Baumeister, ut universam rem bene administravit, ita his quoque minutiis operam impendit, sed ut fieri assolet, pauca quaedam virum diligentem ac peritum praeterierunt. Ita v. c. cum in hymnis in Apollinem recte nomina *Παρνησός*, *Κηφισίδος*, *λίμνης* (102 = 280) *Κρίση* et *Κρισαῖος* una litera sibilanti scriberet, male Hymn. II 62 = 240 retinuit *Κηφισσόν*, 297 = 475 *Κνωσσόν*, I, 58 *κνίσση*, quae singula pluribus persequi longum est nec necessarium: digitum intendisse satis esto. Idem cum ceteris omnibus I, 141 edidit

ἄλλοτε μέν τ' ἐπὶ Κύνθου ἐβήσαο παιπαλόενεος

etsi satis constat epicam formam intransitivam tertiae personae esse *ἐβήσετο*, ut *ἐδύσετο*, itaque secunda persona, quae hoc unico loco invenitur — primae metro heroico inimicae exemplum nullum esse sponte apparet — sonet *ἐβήσεο*

necesse est. Ipsam formam *ἐβήσατο*, licet Hermanniana editio iam exhibeat *ἐβήσετο*, perperam revocavit I, 49 et retinuit *κατεβήσατο* III 232; *οἶδας* III, 456 pro *οἶσθα*; V, 170 *κυδιάουσαι* pro *κυδιόωσαι*, quod restituit Ruhnkenius, alia. Barbarum est quod legitur I vs. 443 = II, 265

ἐς δ' ἄδυτον κατέδυσε διὰ τριπόδων ἐριτίμων.

verbi enim h. l. notio intransitiva haud dubie postulat *κατέδυνε*. Cf. v. c. III, 237 *σπάργαν' ἔσω κατέδυνε θυήεντ'*. Alia, de quibus controversia esse possit, velut quod III, 243 edi malim:

γνῶ δ' οὐδ' ἠγνοίησε Διὸς καὶ Λητόος υἱός

pro forma contracta *Λητοῦς*, nunc sciens prudensque omittam, transiturus ad paullo maiora.

Hymn. in Apollinem Delium, init.:

Μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο,
ὅν τε θεοὶ κατὰ δῶμα Διὸς τρομέουσιν ἰόντα·
καί ῥά τ' ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
πάντες ἀφ' ἑδράων, ὅτε φαίδιμα τόξα τιταίνει.
Λητὼ δ' οἴη μίμνε παραὶ Διῒ τερπικεραύνῳ,
ἥ ῥα βιόν τ' ἐχάλασσε καὶ ἐκλήισε φαρέτρην.

Non expedio usum temporis imperfecti, ubi agitur de re, quae ex mente poetae non olim tantum fiebat, sed etiamnum fieri assolet. Ita enim aut Praesenti opus est, ut in praegressis, aut Aoristo ut in sequentibus. Vid. quoque vs. 7 sqq. Iam quia Praesens metro excluditur, corrigendum arbitror:

Λητὼ δ' οἴη ἔμεινε παραὶ Διῒ τερπικεραύνῳ.

Simili vitio liberandus est infra vs. 142:

ἄλλοτε μέν τ' ἐπὶ Κύνθον ἐβήσεο παιπαλόεντος,
ἄλλοτε δ' αὖ νήσους τε καὶ ἀνέρας ἠλάσκαζες,

uti librarii ipsa verbi specie decepti scripserunt pro necessario praesenti *ἠλασκάζεις*. Cf. *ἐπιτέρπεαι* vs. 146.

Ibidem vs. 51 sqq.:

Δῆλ', εἰ γάρ κ' ἐθέλοις ἔδος ἔμμεναι υἷος ἐμοῖο,
Φοίβου Ἀπόλλωνος, θέσθαι τ' ἐνὶ πίονα νηόν, —
ἄλλος δ' οὔτις σεῖό ποθ' ἅψεται οὐδέ σε τίσει,
οὐδ' εὔβων σέ (γ') ἔσεσθαι ὀΐομαι οὔτ' ἐύμηλον,
οὐδὲ τρύγην οἴσεις, οὔτ' ἄρ φυτὰ μυρία φύσεις.
αἰ δέ κ' Ἀπόλλωνος ἑκαέργου νηὸν ἔχῃσθα,
ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινήσουσ' ἑκατόμβας
ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι, κνίση δέ τοι ἄσπετος αἰεὶ
δημοῦ ἀναΐξει, βοσκήσεις θ'οἵ κε σ' ἔχωσιν
χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης, ἐπεὶ οὔ τοι πῖαρ ὑπ' οὖδας.

Paenultimum versum, misere habitum in codicibus (*δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις θεοί κέ σ' ἔχωσιν*) dedi ex splendida emendatione Cobeti in Mnemosyne a. 1861, p. 333 proposita, quam miror ne commemorari quidem a Baumeistero.

Nec tamen totum locum persanatum esse crediderim. Vix enim Latona, quae his verbis Delum alloquitur, id significare voluit, quod expectari ab exigua insula *κραναηπέδῳ* nullo iure poterat, nullum alium Deum eam umquam adituram et honoraturam esse, sed totus et orationis et responsi tenor non minus quam ipsa oppositio vs. 56 sqq. eo ducere videtur, ut deam hoc dicere existimemus, si Delos filii sui sedes esse recusaverit, neminem umquam (mortalem) ad insulam hucusque desertam nec gregibus neque agri nec vitium culturae aptam appulsurum neque eam honore prosecuturum esse, contraria omnia pollicitam, si quando Arcitenentis templum habuerit.

Vide imprimis 64 sq. ubi Delos respondet:

αἰνῶς γὰρ ἐτήτυμόν εἰμι δυσηχής
ἀνδράσιν· ὧδε δέ κεν περιτιμήεσσα γενοίμην.

Haec igitur me movent ut suspicer vetustorum exemplarium lectionem *ΑΛΛΟC* non per adiectivum *ἄλλος* sed per adverbium *ἄλλως* fuisse interpretandam et scriptum oportere:

ἄλλῳς δ' οὔτις σεῖό ποθ' ἅψεται οὐδέ σε τίσει

i. e. *alioqui*, de quo vocabuli usu cf. Hom. *Y*, 99, Od. *o*, 513, al. Correctioni non obstare vs. 88 vix est quod moneam.

Ibidem vs. 91:

Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀέλπτοις ὠδίνεσσι πέπαρτο.

Nuper in editione mea Ionis Euripidei (Ultraiecti ap. Kemink et fil., p. 187) obiter significavi pro absurdo *ἀέλπτοις* fortasse corrigendum esse *ἀπλήτοις*. Possit quoque cogitari de *ἀτλήτοις*, si satis constet de scriptura Hymn. in Cererem vs. 344. Sed in utroque vocabulo (vid. LA ROCHE, *Hom. Unt.*, p. 3 et 4) correptio primae syllabae nimis infirmo tibicine fulta est, quam ut coniectura epicis eam obtrudi liceat. Restant autem, quod videam, duo tantum adiectiva et metro et sententiae apta; ut scribi possit aut: *ἀλάστοις* aut *ἀλήκτοις ὠδίνεσσι πέπαρτο*. At posteriori non favet usus Homeri, qui ubique habet *ἄλληκτος*.

Ibidem vs. 106:

μή μιν ἔπειτ' ἐπέεσσιν ἀποστρέψειεν ἰοῦσαν.

Ex addito substantivo *ἐπέεσσιν* apparet hymni auctorem dedisse *ἀποτρέψειεν*. Utriusque verbi usus nonnihil diversus disci potest collatis his locis Homericis: *K* 355, *O* 62, *X* 197, *γ* 162, *χ* 173, 190, Hymn. in Mercur. 76, ubi *ἀποστρέφειν*, et *M* 249, *Y* 109, 256, *Φ* 339, ubi *ἀποτρέπειν* usurpatur.

Hymn. in Apollinem Pythium init. (= I, 179 sq):

ὦ ἄνα, καὶ Λυκίην καὶ Μηονίην ἐρατεινὴν
καὶ Μίλητον ἔχεις, ἔναλον πόλιν ἱμερόεσσαν.

Sive hi versus spurii sunt sive genuini, eorum auctor procul dubio scripsit:

ἔφαλον πόλιν ἱμερόεσσαν.

Cf. Il. B 538, 584, Hymn. in Cer. 410. Insulae contra sunt et dicuntur *ἔναλοι* s. *εἰνάλιαι*. Corruptelam corruptela tuetur Baumeisterus afferens Pindar. Ol. IX, 99, ubi pro *εἰναλία* fortasse verum est *ἀγχιάλα* (*τ' Ἐλευσίς*).

Ibidem 42 (= I, 220):

ϛῆς δ' ἐπὶ Ληλάντῳ πεδίῳ· τό τοι οὐχ ἁδε θυμῷ
τεύξασθαι νηόν τε καὶ ἄλσεα δενδρήεντα.

Cf. mox 66 sq. Hinc apparet loco I, 75 sq.

ὁ δ' ἄλλην γαῖαν ἀφίξεται, ἥ κεν ἄδῃ οἱ,
τεύξασθαι νηόν τε καὶ ἄλσεα δενδρήεντα,

non recte Baumeisterum virgula distinxisse post pronomen *οἱ*.

Ibidem vs. 241 (= I, 419):

ἀλλ' οὐ πηδαλίοισιν ἐπείθετο νηῦς ἐϋεργής,
ἀλλὰ παρὲκ Πελοπόννησον πίειραν ἑκοῦσα
ἤιε' ὁδόν.

Parum eleganter dicitur navis gubernaculo non parens *ἑκοῦσα* iter pergere; si quid addere voluisset auctor, addere debuerat quod pertinaciam significaret. Verum salva res est. Id ipsum quod Baumeisteri editionem usurpans coniciebam *ἔχουσα* (intransitive accipiendum = (*cursum*) *tenens*) legitur in codicibus, dum *ἑκοῦσα* est infelix editoris coniectura, quantocius abicienda.

Ibidem vs. 350 (= I, 528), Cretenses, Apollinis cultui addicti, solliciti exclamant:

πῶς καὶ νῦν βιόμεσθα; τό σε φράζεσθαι ἄνωγμεν κτέ.

Cl. Π. *O*, 124, *Ω*, 31, *Π* 852, *X*, 431 malim cum Wolfio *βεόμεσθα*. Respondet Deus:

vs. 354: *Νήπιοι ἄνθρωποι, δυστλήμονες, οἳ μελεδῶνας*
βούλεσθ' ἀργαλέους τε πόνους καὶ ϛείνεα θυμῷ.

Non *cupimus* hercle mortales curas, gravesque labores atque aerumnas, sed cum animo eas reputamus et in pectore volutamus.

Quocirca videas an reponendum sit:

οἳ μελεδῶνας
βάλλεσθ' ἀργαλέους τε πόνους καὶ ϛείνεα θυμῷ.

Quamquam haud me latet Homerum dicere solere *ἐν θυμῷ*.

Ibidem 341 (= I, 520):

ἄκμητοι δὲ λόφον προσέβαν ποσιν.

Malim *ἀκμῆτες*, ut solet Homerus. Cf. quoque hymn. n Merc. vs. 102, ubi sic recte Ilgenius correxit pro *ἀδμῆτες*. Altera forma novitia esse videtur.

Hymn. in Mercurium vs. 39 sqq.:

Ὣς ἄρ' ἔφη καὶ χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν ἀείρας,
ἄψ εἴσω κίε δῶμα φέρων ἐρατεινὸν ἄθυρμα.
ἔνθ' ἀναπιλήσας γλυφάνῳ πρλιοῖο σιδήρου
αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης.

Ita Baumeisterus ex Hermanni coniectura edidit pro depravata codicum scriptura *ἀναπηλήσας*, quam Ruhnhenius in *ἀναμηλώσας*, alii in *ἀναπειρήνας*, alii in *ἀναπηδήσας* (omnium longe ineptissime) mutandum esse coniecerunt. De loci sententia ex Hermanniana emendatione deque significatione verbi *πιλεῖν* et substantivi *αἰῶν* videatur Baumeisteri annotatio in editione maiore (Lipsiae 1860). At male me habet verbum compositum *ἀναπιλεῖν*. Quod neque usquam repertum est, nec propter verbi praepositionisque rationem exstitisse probabile videtur. Quocirca, si verbum recipiendum est — nec sane video quid melius reponatur — videndum, annon locum praestet sic corrigere, ut scribamus:

ἔνθ' ἄρα πιλήσας γλυφάνῳ κτέ.

Ad *ἔνθ' ἄρα* cf. Hom. *τ*, 49, *ο* 473, *Σ* 39, 522, *Ο* 730, *Ω* 122, *Λ* 171.

Ibidem vs. 47 de Mercurio lyram fabricanti:

πῆξε δ' ἄρ ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο
πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.

Ἔμμετρον dicitur *quod iustam habet mensuram*, itaque *ἐν μέτροισι* vertendum *ad iustam mensuram*, non *in mensuris*, quod nihili est. Nove tamen dictum, ut paene malles *ἐν τρήμασι*, *in foraminibus*, de qua vocabuli forma cf. Etym. M. p. 726, 53. Nec tamen quicquam novare ausim.

Ibidem 76:

δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης.
σάνδαλα δ' εὖτ' ἔρριψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἀλίῃσιν,
ἄφρας· ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα
συμμίσγων μυρίκας καὶ μυρσινοειδέας ὄζους.
τῶν τότε συνδήσας νεοηθηλέος ἄγκαλον ὕλης,
ἀβλαβέως ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα,
αὐτοῖσιν πετάλοισιν, ὁδοιπορίην ἀλεείνων.

»Locum sic intellego" ait Hermannus »ut cavisse dicatur Mercurius, ne pedibus ut viator ingrederetur, et ita vestigia pedum relinqueret." Quam interpretationem recentiores interpretes omnes secuti sunt. Perperam, si quid video, quia ὁδοιπορίη nihil aliud est quam *iter* (*terrestre*), itaque ὁδοιπορίην ἀλεείνων significat *iter evitans*. Hoc vero recte tantummodo diceretur de eo qui aut iter omnino non faceret, aut volans pedibus humum non tangeret, itaque non cadit in Mercurium, qui artificio illo utitur, ut vestigia humanis absimilia relinquens *iter suum celaret*. Cf. verba Apollinis infra vs. 222:

βήματα δ' οὔτ' ἀνδρὸς τάδε γίγνεται οὔτε γυναικός,
οὔτε λύκων πολιῶν οὔτ' ἄρκτων οὔτε λεόντων.
οὔτε τι κένταυρον λασιαυχένα ἔλπομαι εἶναι,
ὅστις τοῖα πέλωρα βιβᾷ ποσὶ καρπαλίμοισιν.

Universi igitur loci ratio est ita perspicua, ut quovis pignore contendam puerum verbum ἀλεείνειν ignorantem de loci sententia interrogatum, responsurum esse verbo ignoto probabiliter inesse *celandi* notionem. Nos ex Homero *devitandi* notionem docti negabimus, eaque huc non quadrante ad incitas redacti clamabimus locum esse corruptum. Ecce autem hymni lectionem pergentes iterum in eodem verbo haerebimus vs. 237 sq., ubi, cum Apollo boves furto abductas quaerens venit in Maiae antrum, dicitur de eodem Mercurio:

σπάργαν' ἔσω κατέδυνε θυήεντ'· ἠΰτε πολλὴν
πρέμνων ἀνθρακίην οὔλη σποδὸς ἀμφικαλύπτει,
ὣς Ἑρμῆς Ἐκάεργον ἰδὼν ἀλέεινέν ἑ αὐτόν.

Quid hoc loco faciemus, ubi rursus manifesto poeta verbo

ἀλεείνειν tribuit *celandi* potestatem? Iterumne contendemus esse depravatum, an potius concedemus hymni auctorem descivisse ab usu Homerico? Baumeisterus quidem deceptus contorta et prorsus improbabili Hermanni interpretatione loci prioris, audacissima coniectura ἑ αὐτόν iunxit cum vs. sequenti:

ἐν δ' ὀλίγῳ συνέλασσε κάρη χεῖράς τε πόδας τε

violentissime sic immutato:

εἰν ὀλίγῳ ἕλσας κεφαλὴν κτέ.

quasi umquam librarius in animum inducturus fuisset pro vulgari κεφαλήν substituere poeticum κάρη. Iam vero evolvas quaeso antiquae doctrinae thesaurum Hesychium, qui servavit hanc glossam: ἀλεάζειν· κρύπτειν, ἢ προβάλλειν. καὶ εἴργειν. θερμαίνειν (ex Hippocrate, ut intellectum est) ἀφανίζειν et supra corrupte ἀλγᾳ· κρύπτει. Ubi glossam ἀλέγη· σκιά ex Arcadio attulit Is. Vossius. Haec, licet non me lateat diversa terminatio, ut cautelam adhibeamus suadent.

Habet autem hymni auctor et alia peculiaria velut usum prorsus insolitum substantivi ἔργον vs. 127:

Ἑρμῆς χαρμόφρων εἰρύσατο πίονα ἔργα

ubi ἔργα sunt κρέα ἀμφ' ὀβελοῖσι πεπαρμένα δουρατέοισιν (120), neque igitur fortasse haerendum in miro usu substantivi ὁσίης vs. 130:

ἔσχισε δώδεκα μοίρας
κληροπαλεῖς· τέλεον δὲ γέρας προσέθηκεν ἑκάστῃ.
Ἔνθ' ὁσίης κρεάων ἠράσσατο κύδιμος Ἑρμῆς

etiamsi aliquis ibi mallet:

Ἔνθ' αἴσης κρεάων κτλ. sc. *portionis carnium*,

ut apud Homerum est λητίδος αἶσα.

Idem contra epicorum usum vs. 373 scripsit:

μηνύειν δ' ἐκέλευεν ἀναγκαίης ὑπὸ πολλῆς

producta vocali quae illi in praesenti et imperfecto verbi μηνύειν corripere solent, etsi facile id potuit evitare (et fortasse evitavit) scribendo:

μηνυέμεν δ' ἐκέλευεν κτέ.

Exemplo caret usus parentheticus verbi *δύναμαι*, qualem videmus vs. 174 sq.

εἰ δέ κε μὴ δώῃσι πατὴρ ἐμός, ἦ τοι ἔγωγε
πειρήσω — δύναμαι — φηλητέων ὄρχαμος εἶναι.

qui non comparari potest cum *οἶμαι*, *δοκῶ*, similibus. Addenda fuerat particula *δέ* vel *γάρ*. Nisi forte malumus suspicari poetae manum esse:

πειρήσω, εἰ δύναμαι κτέ.

ut hoc synizesios exemplum accedat iis quae collegit LA ROCHE, *Hom. Unt.* p. 282 sqq. Parum eleganter scripsit vs. 97:

ὀρφναίη δ' ἐπίκουρος ἐπαύετο δαιμονίη νὺξ
ἢ πλείων, τάχα δ' ὄρθρος ἐγίγνετο δημιοεργός.

quae scriptura si sana est, nox dicitur Mercurii adiutrix, sed quanto pulchrius in genus eam vocasset tenebrionum tenebricosorumque operum adiutricem:

ὀρφναίων δ' ἐπίκουρος,

idque poetam voluisse suadent fere opposita, quibus primum mane dicitur favere operariis horumque industriae, ubi iterum notetur novus usus adiectivi *δημιοεργός*. Ceterum ad sententiam cf. Aristoph. Av. 489 et Iliad. *Γ*, 11.

Parum venuste usus est novo vocabulo *λησίμβροτος*, *homines latens*, ut *fures* significaret vs. 336 sqq.:

παῖδά τιν' εὗρον τόνδε διαπρύσιον κεραϊζήν —
κέρτομον, οἷον ἔγωγε θεῶν οὐκ ἄλλον ὄπωπα
οὐδ' ἀνδρῶν, ὁπόσοι λησίμβροτοί εἰσ' ἐπὶ γαίῃ

ubi lingua Latina, qua *fallere* habet duplicem notionem *τοῦ λανθάνειν* et *τοῦ ἀπατᾶν*, abutuntur qui vertunt *fallaces*. Fuit cum suspicarer poetam dedisse *λησίμβροτοι* a *λῃΐζομαι* aut *ἀεσίμβροτοι* (i. e. *βλαπτικοὶ τῶν ἀνθρώπων*) formatum ad analogiam *τοῦ ἀεσίφρων*, sed si quid mutandum, hodie probabilius duco poetam, ut omnium deorum ita omnium hominum, excepto nemine, *κερτομώτατον* dixisse Mercurium, itaque in *λησίμβροτοι* latere terrae epitheton:

οὐδ' ἀνδρῶν ὁπόσοι φυσίμβρότῳ εἰσ' ἐπὶ γαίῃ.

Quae dicendi consuetudo Latinis (Caesari praesertim) est familiarissima, ut post pronomen relativum substantivum repetatur, Graecis quod sciam incognita, huius *prima facie* exemplum extare videtur vs. 208 sq.:

παῖδα δ' ἔδοξα, φέριζε, σαφὲς δ'οὐκ οἶδα, νοῆσαι,
ὅς ις ὁ παῖς ἅμα βουσὶν ἐϋκραίρῃσιν ὀπήδει,
νήπιος, εἶχε δὲ ῥάβδον.

An potius locus sic interpungendus:

νοῆσαι·
ὅς ις ὁ παῖς, ἅμα κτέ.

quisquis (est) *iste puer* cett.? Cf. vs. 277. At ita vereor ne offensione non careat asyndeton. Restat (quod et ipsum durum videtur) ut duplex functio tribuatur pronomini ὅς ις, et interpretemur, *qui puer quisquis est*, saltem non nude: *qui puer*, ut factum esse video.

Sine exemplo verbum ἐπαινεῖν construxit simul cum Accusativo rei et Dativo personae vs. 457:

ἴζε πέπον καὶ μῦθον ἐπαίνει πρεσβυτέροισι.

Nam in loco Iliadis Σ 312:

Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι

accusativum non pendere ab ἐπήνησαν non opus est dicam.

Quia tamen sequitur versus ὁμοιοτελευτῶν: νῦν γάρ τοι κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι probabile puto scribarum errore ita legi et genuinum esse πρεσβυτέροιο. Ceterum per se in plurali nihil est offensionis. Cf. vs. 386:

σὺ δ' ὁπλοτέροισιν ἄρηγε.

Sed redibo ad ea quae excusari prorsus nequeunt.

Ibidem vs. 109:

δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ
ἄρμενον ἐν παλάμῃ· ἄμπνυτο δὲ θερμὸς ἀϋτμή.

Decorticare Graece est aut ἀπολέπειν, aut de rotundis teretibusque περιλέπειν (cf. Il. Α, 236), sed ἐπιλέπειν absurdum esse compositum ipsa rei ratio abunde docet. Nihil

igitur certius est emendatione *ἀπέλεψε*, quam omnes criticos fugisse miror. In sequenti versu probabiliter emendatum est *ἀυτμήν*, quae forma masculina bis exstat apud Homerum Ψ 765 et γ 289. Nihil huc facit citatum ex Odyssea *ὁλοώτατος ὀδμή*, quia comparativos et superlativos antiqua lingua interdum communes esse constat. Cf. quoque hymn. in Cer. 157. Od. δ, 406:

πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν

πικρόν manifesto adverbialiter positum cum *ἀποπνείουσαι* iungendum est, non cum *ὀδμήν*, ut perverse videtur nonnullis. Mutationem vero paene nullam esse sentiet, quicumque novit N indicari tenui lineola supra praecedentem literam.

Ibidem 166:

αὐτὰρ ἐγὼ τέχνης ἐπιβήσομαι, ἥτις ἀρίζη,
βουλεύων ἐμὲ καὶ σὲ διαμπερές· οὐδὲ θεοῖσιν
νῶϊ μετ' ἀθανάτοισιν ἀδώρητοι καὶ ἄπαζοι
αὐτοῦ τῆδε μένοντες ἀνεξόμεθ', ὡς σὺ κελεύεις.
Βέλτερον ἤματα πάντα μετ' ἀθανάτοις ἀρίζειν,
πλούσιον, ἀφνειόν, πολυλήϊον, ἢ κατὰ δῶμα
ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι θαασσέμεν· ἀμφὶ δὲ τιμῇ,
κἀγὼ τῆς ὁσίης ἐπιβήσομαι, ἥσπερ Ἀπόλλων κτλ.

Hermannus recte intellegens *βουλεύειν τινά* Graecum non esse, loco se mederi opinabatur distinguendo post *βουλεύων* et iungens *τέχνης ἐπιβήσομαι ἐμὲ καὶ σέ*, formae *ἐπιβήσομαι* transitivam potestatem vindicans allato loco Odysseae ο, 474:

οἱ μὲν ἔπειτ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα
νὼ ἐπιβησάμενοι.

At enim in hoc Aoristi I medii usu transitivo nihil est quod mireris, si quidem ne potuit quidem usurpari intransitive, quia intransitiva notio propria est Aoristo II *ἐπεβήσετο*. Contra *βήσομαι* semper et ubique est intransitivum, et poeta noster eo minus contra omnium usum potuit peccare, quod in ipsis sequentibus ei obtemperavit scribens *τῆς ὁσίης ἐπιβήσομαι*. Hac igitur interpretatione reiecta, necessario

sequitur labem passum esse participium *βουλεύων*. Est ubi confusa vidi *ἄβουλος* et *ἄνολβος*, unde mihi nata est suspicio corrigendum esse:

ὀλβιέων ἐμὲ καὶ σὲ διαμπερές· κτέ.

Versu praecedenti propter opposita in sqq. *ἀδώρητοι καὶ ἄλιξοι* cett. nescio an (quod Matthiaeo iam venit in mentem) aptius legeretur:

αὐτὰρ ἐγὼ τιμῆς ἐπιβήσομαι, ἥτις ἀρίζῃ.

Cf. Hesiodus Theog. 396: *τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν*, Homerus *Θ* 285: *τὸν καὶ τηλόθ' ἐόντα ἐϋκλείης ἐπίβησον*. Cf. *ψ* 13. Corruptelae ansam dare potuit comparatus a lectore vs. 465, ubi *τέχνης* recte habere videtur. Ceterum conferantur verba Apollinis infra 458 sq.:

νῦν γάρ τοι κλέος ἔξαι ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
σοί τ' αὐτῷ καὶ μητρί.

Ibidem vs. 263 sq.:

οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, οὐκ ἄλλου μῦθον ἄκουσα,
οὐκ ἂν μηνύσαιμ' οὐκ ἂν μήνυτρον ἀροίμην.

Poetae epici ubi res easdem iisdem verbis repetunt, non solent aliarum particularum usu colorem orationis variare. Quare miror haec verba vs. 363 sq. sic iterari, ut altero versu scribatur:

οὐδέ κε μηνύσαιμ', οὐδ' ἂν μήνυτρον ἀροίμην.

Alterutro loco a scribis peccatum esse videtur; nec me iudice dubium est quin posterioris loci scriptura illi sit praeferenda, cum quia vocula *οὐκ* quinties repetita insuavior est, tum quod facilius illa lectio quam haec potuit corrumpi.

Ibidem vs. 401:

Ἔνθ' Ἑρμῆς μὲν ἔπειτα κιὼν παρὰ λάιον ἄντρον
ἐς φάος ἐξήλαυνε βοῶν ἴφθιμα κάρηνα.

Praepositis *παρά* pendens ab *eundi* verba *de loco* usurpata non potest aliud significari quam *praeter*. Mercurius autem

boves ex antro protracturus *ad* antrum se confert; itaque poetae reddendum:

κιὼν ποτὶ λάινον ἄντρον.

Vss. 429—432, quibus aut iusto plura aut nimis pauca narrantur, quique inani eorundem verborum repetitione laborant, me iudice melius abessent. Verba *ὡς λάχε μοῖραν ἕκαστος* fortasse ansam dederunt interpolatori ut haec adderet.

Ibidem vs. 450:

καὶ γὰρ ἐγὼ Μούσῃσιν 'Ολυμπιάδεσσιν ὀπηδός,
τῇσι χοροί τε μέλουσι καὶ ἀγλαὸς οἶμος ἀοιδῆς
καὶ μολπὴ τεθαλυῖα καὶ ἱμερόεις βρόμος αὐλῶν,
οἷα νέων θαλίης ἐνδέξια ἔργα πέλονται.

Apollini, qui deorum, non iuvenum, conviviis interesse solebat, magis, ut opinor, convenerit:

οἷα θεῶν θαλίης ἐνδέξια ἔργα πέλονται.

Ceterum usus adiectivi *ἐνδέξιος* pro *δέξιος*, s. *ἐπιδέξιος*, ut seriores saepe dicunt, est huic poetae peculiaris. Cave enim conicias *θαλίης ἔνι*. Vetat caesura.

Ibidem 466 sq.:

σήμερον εἰδήσεις· ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι
[βουλῇ καὶ μύθοισι· σὺ δὲ φρεσὶ πάντ' εὖ οἶδας].

Alter versus sapit impostorem, quo dignum est suum *οἶδας* pro *οἶσθα*. Vid. locus Iliadis *Θ* 40.

Ibidem 562:

ἦν δ' ἀπονοσφισθῶσι θεῶν ἠδεῖαν ἐδωδήν.

Recte ita scriberetur, si *mel* esset *solitus* deorum cibus, nec quidquam ad rem facit, Iovem infantem melle nutritum esse. Nunc nescio an corrigendum sit:

ἦν δ' ἀπονοσφισθῶσι θεαὶ ἠδεῖαν ἐδωδήν

deae scil. *Θρῖαι*, quas Hermannus palmaria emendatione vs. 552 restituit pro *MOIPAI*, cui voci prima litera detracta, superest *OIPAI = ΘΡΙΑΙ*.

Hymn. in Cererem 175:

ἄλλοντ' ἂν λειμῶνα κορεσσάμενοι φρένα φορβῇ.

Inde quod recte dicitur κορέσαι τινά τινι, non sequitur, ut opinor, verbum medium *satiari* recte coniungi cum casu tertio. Neque enim φρένα h. l. est obiecti accusativus, sed relationis, cui Accusativo Graeco nomen est apud grammaticos. Procul dubio corrigendum: φορβῆς, ut legitur v. c. Od. ϑ 98:

δαιτὸς κεκορήμεθα ϑυμὸν ἑΐσης.

Qno loco videant quid faciant ei, qui Vossium eandem emendationem proponentem contendunt male cessisse exemplo locorum Homericorum Δ 561 et κ 411. Vid. Baumeist. ad h. l.

Confusa sunt, ut saepissime alibi, iota et sigma finale.

Ibidem 279:

ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους.

De schemate Pindarico quod dicitur vide quae festive scripsit Cobetus in adnotationibus ad hunc ipsum hymnum Mnemos. a. 1861 pag. 331. Iam Ruhnkenium video monuisse h. l. corrigendum esse: ξανθῇ δὲ κόμη, sed frustra: ad hunc usque diem in omnibus editionibus repetitur insana scriptura.

Ibidem 349 ἐξαγαγεῖν Ἐρέβευσφι.

Tandem removenda est forma plane barbara nata, ut videtur, e superscripto glossemate Ἐρέβευς. Eadem non alia de causa ante Bekkerum deturpabat locum Iliadis *I*, 572 sq.

Docendusne est quisquam certam analogiam postulare Ἐρέβεσφι, ut ὄχεσφι, cetera? Argutatur ad. h. l. Baumeisterus.

Ibidem 364:

ἔνθα δ' ἐοῦσα
δεσπόσσεις πάντων ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει,
τιμὰς δὲ σχήσῃσθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίζας.

Barbarum est σχήσησθα, sed vix melioris notae est quod novissimi editores substituerunt σχήσεισθα, a quo recte in editione sua abstinens Hermannus parum tamen feliciter coniecit:

τιμὰς δ' αἰὲν ἔχῃσθα.

Quippe nudo coniunctivo hic locus non est: est coniunctivo cum vocula κεν, quo epici subinde utuntur pro futuro, prorsus eadem ratione qua Attici optativo cum ἄν. Notus est locus Iliadis *A* 183 sq.:

τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηί τ' ἐμῇ καὶ ἑμοῖς ἑτάροισιν
πέμψω, ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηίδα καλλιπάρῃον.

Similiter h. l. scripserim:

(καὶ) τιμάς κεν ἔχῃσθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίζας.

Ibidem vs. 371:

αὐτὰρ ὅγ' Ἄιδης
ῥοίης κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα λάθρῃ
ἀμφὶ ἑ νωμήσας, ἵνα μή μένοι ἤματα πάντα.

Verba pessime depravata alii interpretantur *ubi eam ad se traxit*, alii *circum se tuens, circumspiciens*, Hermannus scribens ἀμφὶς νωμήσας, *seorsim tribuens*, omnes pari, id est nullo, iure.

Si autem reputamus epicorum consuetudinem repetendi, quantum commode fieri possit, singula rerum momenta iisdem potissimum verbis, sicubi quis factum iam ante a poeta narratum, alteri referat, vix fieri potest quin genuina huius loci facies fuerit olim fere talis:

αὐτὰρ ὅγ' Ἄιδης
ῥοίης κόκκον ἔδωκε φαγεῖν, μελιηδέ' (ἐδωδήν),
λάθρῃ, ἀναγκάσσας, ἵνα μὴ μένοι κτλ.

Ita enim singula respondent iis, quae infra vs. 411 sqq. puella narrat matri:

αὐτὰρ ὁ λάθρῃ
ἔμβαλε μοι ῥοίης κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδήν,
ἄκουσαν δε βίῃ με προσηνάγκασσε πάσασθαι.

In quibus ἔμβαλε esse quod supra dicitur ἔδωκε φαγεῖν vix est quod moneam. Ἐδωδήν reponendum esse v. 372 monuit iam Cobetus.

Hymn. in Venerem vs. 126:

Ἀγχίσεω δέ με φάσκε παραὶ λέχεσιν καλέεσθαι
κουριδίην ἄλοχον, σοὶ δ' ἀγλαὰ τέκνα τεκεῖσθαι.

Impense miror haesisse in his neminem. Quippe manifestum est verba παραὶ λέχεσιν reliquis aptari nullo modo posse. Nec facile aliquis in animum inducat construere: ἔφασκε δέ με παρακαλέεσθαι λέχεσιν Ἀγχίσεω κουριδίην ἄλοχον. Quae neque oratio Graeca est, nec probabilis propter vs. 149:

ἐμὴ δ' ἄλοχος κεκλήσεαι ἤματα πάντα.

Quin igitur monstrum alant ea verba, nullus dubito. Aptum foret:

Ἀγχίσεω δέ με φάσκε παρ' ἀλλοδαποῖς καλέεσθαι
κουριδίην ἄλοχον

apud peregrinos, *in terra peregrina*

Cum singulari forma futuri τεκεῖσθαι, quae pro τέξεσθαι nusquam alibi, quod sciam, reperta est, comparari possunt aliae quaedam similiter formatae ab Aoristo II, velut πεσεῖσθαι, δραμεῖσθαι iuxta θρέξεσθαι, quae forma inversa ratione multo rarior est quam altera, ἕλεῖν pro αἱρήσειν apud sequiores poetas.

Hymnus in Bacchum (VII) 32 sq.

Hic locus gravissimo vulnere laboret necesse est. Quid enim? praedones Tyrrheni Bacchum in litore conspicati, regium aliquem iuvenem esse putantes, vincire frustra conantur. Tum navis, quam appulerant, gubernator adolescentem deum esse suspicatus, hortatur socios, ut ab impio incepto desistant, sed is a domino navis tacere suasque res agere his verbis iubetur:

26 *Δαιμόνι' οὖρον ὅρα, ἅμα δ' ἰϛίον ἕλκεο νηός,*
σύμπανθ' ὅπλα λαβών· ὅδε δ' αὐτ' ἄνδρεσσι μελήσει
κτέ.

Qui ubi finem fecit dicendi, quis non iure miretur sic pergere poetam:

32 *Ὡς εἰπὼν ἰϛόν τε καὶ ἰϛίον ἕλκετο νηός·*
ἔμπνευσεν δ' ἄνεμος μέσον ἰϛίον κτλ.?

Nonne meridiana luce clarius est, non ipsum qui loquitur, i. e. dominum navis, sed gubernatorem dicto parentem velum navis trahere? Nec enim fert epica consuetudo, ut poetae liceat reticere: *gubernatorem domino non paruisse, itaque ipsum dominum illius functum esse officio.* Copiose eiusmodi res narrari assolent, et hoc saltem mihi quivis concedet, si nihil aliud, addendum certe fuisse pronomen *αὐτός*. Risum movent, quae annotat recentissimus editor Alexis Peyron (Paris 1875), quem si audias, vs. 26 *ἅμα* est *avec moi*, et vs. 32 ad *ἕλκετο* subaudiendum *ἅμα* (*τῷ*) *κυβερνήτῃ*, qualia refellere foret delirantis. Miror neminemdum dixisse *ὡς εἰπών* esse nominativum absolutum! Verum aliud indicium est, hic a scribis turbatum esse: nempe verborum ista coniunctio *ἰϛόν τε καὶ ἰϛίον ἕλκετο*, si quidem de malo sollemne verbum est *ἱϛάναι* sive *ἵϛασθαι*. Nisi igitur omnia me fallunt, duorum (si non plurium) versiculorum lacinias in unum conflarunt librarii. Certa supplementa nemo a me requiret: *exempli gratia* locum apponam, qualis fere olim scribi potuit:

ὣς εἰπών (νιν ἔλασσεν, ὁ δ' οὐκ ἐθέλων ὑπ' ἀνάγκης)
ἰϛόν τ' ἔ(ϛησεν) καὶ ἰϛίον ἕλκετο νηός.

Cf. quoque vs. 43.

Simile quid vereor ne acciderit vs. 42:

οἱ δὲ ἰδόντες
ΜΗΔΗΔΗ τότ' ἔπειτα κυβερνήτην ἐκέλευον

ubi, si e magno coniecturarum numero aptissimam, quam proposuit Köchly, *νῆα πάλιν*, receperimus, vel sic tamen obscurum restabit, cur Tyrrheni iter non persequantur. Bene

enim notandum in praegressis *nihil dictum esse unde appareat*, quod docet nos Ovidii in Metamorph. libr. III narratio, *pampineis illis navis cursum impediri.* Ipsa autem miracula non erant graviora, quam id quod initio factum erat, ut vincula iuveni deciderent. Nec vs. 37 de terrore, sed de stupore praedonum sermo est. Crederes potius eos initio laeto vini et uvarum aspectu gavisos fuisse, mox vero, ubi navem magis magisque impediri senserint, gubernatori imperasse ut navem appelleret. Ita *potuit* fuisse:

οἱ δὲ ἰδόντες
ΜΕΙΔΗCΑΝ . . . . . .
(νῆα πάλιν)τόθ' ἔπειτα κυβερνήτην ἐκέλευον
γῆι πελάαν

aut γήϑησαν cl. Hymn. XXXII, 16 sq. Sed nolo ariolari.

Ibidem vs. 35:

οἶνος μὲν πρώτιστα ϑοὴν ἀνὰ νῆα μέλαιναν
ἡδύποτος κελάρυζ' ἐυωδής, ὤρνυτο δ'ὀδμὴ
ἀμβροσίη κτέ

melius poeta fecisset, si pro εὐωδής usurpasset aliud vini epitheton, velut μελίφρων aut εὐήνωρ. Certius est (neque enim desunt exempla, quibus illud defendas) non ipsum peccasse, sed librarios, vs. 55, ubi Bacchus probum gubernatorem vitae suae timentem bono animo esse iubet hisce verbis:

ϑάρσει δὶε κάτωρ, τῷ ἐμῷ κεχαρισμένε ϑυμῷ

sub qua portentosa scriptura, frustra tentata a bene multis, fortasse nihil latet reconditius quam compellandi illa formula Odysseae lectoribus notissima, quae huic loco apprime convenire videtur:

ϑάρσει, ξεῖνε πάτερ, κτέ.

IV. AD POETAS PHILOSOPHOS.

Horum poetarum editiones, si quae post Karstenianam prodierunt, nec privata mea mihi bibliotheca suppeditat neque

publica. Quare veniam peto a lectore si forte unam alteramve coniecturam occupatam ab alio protulero.

Empedocles ap. Plut. de exilio c. 17, de Iside et Osirid. c. 26; *Phil. Gr. vet. op. reliquiae rec.* Karsten II, p. 84:

Ἔξιν Ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψηφισμα παλαιὸν
ἀΐδιον, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένος ὅρκοις·
εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ κτέ.

Praeter Stürzium, *Ἀνάγκης χρῆμα* interpretatum, quod unice convenit cum vocabuli notione, *rem necessitatis*, commentatores intellegunt *necessitatis fatum* s. *decretum*, afferentes sive Platonem in Phaedro p. 248 qui *θεσμὸς Ἀδραστείας*, sive pseudo-Gorgiam in Encom. Hel. p. 94 Reisk. qui *ἀνάγκης ψήφισμα* dixerit. Optime quidem hi intellexerunt quid poeta voluerit, sed quin vocabulo Graeco vim intulerint hac admissa explicatione, minime dubito. Una omissa literula Empedocli reddendum fuerat quod scripsit:

Ἔξιν Ἀνάγκης ῥῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν κτέ.

Empedocles ap. Clement. Alex. Strom. V p. 554 C, Karsten p. 98 cf. p. 191:

Ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν,
ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης
γνῶθι, διατμηθέντος ἐνὶ σπλάγχνοισι λόγοιο.

Praëeunte Clemente recentiores interpretantur *πέλει* per *συνηθές* (*ἐστι*), *mos est*, attulitque Karstenus in huius interpretationis fidem locum Sophoclis Antig. 692:

ἐμοὶ δ'ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε

ubi tamen *ἀκούειν ἔσθ'* significat: *est audire* i. e. *possum audire*, *licet mihi audire* Sed *πέλει* pro *mos est* prorsus inauditum, et locus procul dubio iam Clementis aetate laborabat. Equidem suspicor acerba ironia poetam notasse profanum vulgus, *quod dedita opera fidem habere nollet* certis philosophorum rationibus, scribentem:

Ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα μέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν,

i. e. *curae cordique iis est, ut ne persuaderi sibi patiantur.*

EMPEDOCLES apud Simplicium Phys. I f. 34 A. cf. I f. 8 A (Karsten l. l. p. 100.) de elementis disputans ita canit:

114. *Ταῦτα γὰρ ἴσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασι,*
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, πάρα δ' ἦθος ἑκάςῳ,
ἐν δὲ μέρει κρατέουσι, περιπλομένοιο κύκλοιο,
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης

Iniuria Kastenus p. 101 et 105 ultima verba interpretatur *fatalibus* s. *certis vicibus*, contra linguae proprietatem, quae formulae *ἐν μέρει*, *per vices*, huiusmodi genetivum addi non sinat. Dubium non est quin h. l. librarii, quod saepe fecerunt, confuderint iota adscriptum et sigma finale, dederit autem poeta:

καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσῃ.

i. e. *fatali quadam necessitate.*

EMPEDOCLES ap. Simplicium de Coelo (Karsten l. l. p. 104, cf. p. 211 sq.):

vs. 162. *οὕτω μή σ' ἀπάτα φρένα, ὡς νύ κεν, ἄλλοθεν εἶναι*
θνητῶν, ὅσσα γε δὴ γεγάασιν ἄσπετα, πηγήν.

Horum verborum, quae cum omni saniore grammatica pugnant, rationem non prorsus perspexit Karstenus, qui tamen ultimum vs., ubi *δήλα* legebatur pro *δή*, bene correxit.

Procul enim dubio *ἀπάτα* non est Imperativus verbi *ἀπατᾶν*, sed importunus dorismus, qualem plures scribae intulerunt, pro *ἀπάτη fraus*, deinde in voculis *ΩCNYKEN* (*ως νύ κεν*) latet verbum aliquod, unde suspensa olim fuerunt duo Accusativi *σ'* et *φρένα* per *σχημα τὸ καθ' ὅλον καὶ μέρος* quod dicitur; pendet autem ab hoc orationis membro Accusativus cum Infinitivo *ἄλλοθεν εἶναι πηγήν* hac ratione:

οὕτω μή σ' ἀπάτη φρένα . . . ἄλλοθεν εἶναι πηγήν θνητῶν, ὅσσα γε δὴ γεγάασιν ἄσπετα.

Verba apta velut *σαινέτω*, *πειθέτω*, alia cogitanti quidem se offerunt, nullum tamen eiusmodi quod ductuum similitudine se valde commendet. Quaerat alius!

EMPEDOCLES ap. Simplicium de Coelo II (Karsten l. l. p. 106):

167. *Ἐπεὶ Νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἵκετο βένθος*
δίνης, ἐν δὲ μέσῃ Φιλότης ξροφάλιγγι γένηται,
ἐν τῇ δὴ τάδε πάντα συνέρχεται ἓν μόνον εἶναι,
οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελυμνὰ συνιξάμεν' ἄλλοθεν ἄλλο
[τῶν δέ τε μισγομένων χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν]
πολλὰ δ' ἄμικτ' ἔξηκε (l. ἄμιχθ' ἔξηκε) κεραιομένοισιν ἐνάλλαξ,
ὅσσ' ἔτι Νεῖκος ἔρυκε μετάρσιον· κτέ.

Versum uncinis sepsi, olim propter argumenti similitudinem huc repetitum e sequentibus:

Αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο, τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι,
ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, διαλλάξαντα κελεύθους
τῶν δέ τε μισγομένων, χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν
παντοίης ἰδέῃσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.

Ubi quid quaeso est *quae prius* DIDICERUNT *esse immortalia*? Corrige:

τὰ πρὶν λάχον ἀθάνατ' εἶναι

quae prius nacta sunt sortem immortalem, quod aliquanto facilius est ad intellegendum.

EMPEDOCLES ap. Porphyrium Stob. Ecl. Phys. II p. 1026 (Karsten l. l. p. 130).

αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀμφιθροῶντος (?)
τῇ τε νόημα μάλιξα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν·
αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐξι νόημα.

Pro inaudito *κυκλίσκεται* nescio an leni manu reponendum sit *κικλήσκεται*. Vide Soph. O. R. 1452, ibique interpretes.

EMPEDOCLES ap. Clem. Al. V c. 9, p. 649 B.

ὦ φίλοι, οἶδα μὲν οὖν, ὅτ' ἀληθείη παρὰ μύθοις,
οὓς ἐγὼ ἐξερέω· κτέ.

Imo *πάρα*, i. e. *πάρεξιν*, ut recte editur vs. 115 ap Karstenium:

τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, πάρα δ' ἦθος ἑκάζῳ.

Res minimi, fateor, momenti, veruntamen, quia vel novissimum Clementis editorem Dindorfium fugit, non praetermittenda.

Empedocles ap. Simpl. Phys. fol. 272 B.

Ἁρμονίης πυκινῷ κρύφῳ ἐξήρικται
Σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.

Pro absurdo *κρύφῳ* probabiliter substitueris *ζρόφῳ* i. e., *cingulo*, *vinculo*. Cf. Hymn. Ap. 122, 128.

Xenophanes apud Clementem Al. Strom. V. p. 715 P et Theodoretum Aff. Gr. III p. 49, 30 deorum anthropomorphiam Graecae religionis ridet his verbis:

ἀλλ' εἴ τοι χεῖράς γ' εἶχον βόες, ἠὲ λεόντες
ἢ γράψαι χείρεσσι καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
ἵπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοῖοι
καὶ κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν
τοιαῦθ', οἷόν περ καὐτοὶ δέμας εἶχον ὁμοῖον.

Aliquid vidit Karstenus l. l. p. 41 corruptum locum sic refingens, ut vs. tertium transponeret post vs. quintum mutato *ὁμοῖοι* in *ὁμοῖον*, et simul vs. 5to pro *ὁμοῖον* reponeret *ἕκαζον*, sed tamen vir optimus *οὐκ εἰς τέλος ἵκετο μύθων*. Primum enim non animadvertit, ubi de notionibus collectivis sermo est, Graecos uti numero plurali eius quod est *ἕκαζος*, deinde vs. 2 male sibi respondere *ἤ* — *καί*, tandem prorsus mirifice pro *leonibus* subito *equos* inferri a poeta. Quae causae me quidem movent, ut spurium esse suspicer vs. tertium, reliqua autem ita scribenda:

ἀλλ' εἴ τοι χεῖράς γ' εἶχον βόες ἠὲ λεόντες
ἢ γράψαι χείρεσσιν ἢ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
καὶ κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον καὶ σώματ' ἐποίουν
τοιαῦθ', οἷόνπερ καὐτοὶ δέμας εἶχον ἕκαζοι.

scilicet, ut recte explicuit interpres:

ἵπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοῖον.

Interpolationem autem Clemente antiquiorem esse inde apparet, quod eius clausula causa exstitit, cur ἕκαστοι vs. 4to obliteraretur. Ne secundum quidem versum, in quo offensione non caret additum *χείρεσσιν*, quique sine damno poterat abesse, genuinum esse praestiterim.

Xenophanes apud Stob. Flor. XXIX, 41 et Ecl. Ph. I p. 224:

οὔ τοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖς ὑπέδειξαν,
ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον.

Sententiae ratio postulare videtur *ἀμείνω*, *meliora*. Nihil enim huc facit nota cantilena *ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον*, quam affert Karstenus.

Aristot. Rhetor. I, 15 p. 422 E *τὸ τοῦ Ξενοφάνους ἁρμόττει, ὅτι οὐκ ἴση πρόκλησις αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ, ἀλλ' ὁμοία καὶ εἰ ἰσχυρὸς ἀσθενῆ πατάξαι ἢ πληγῆναι προκαλέσαιτο.* »Hoc autem dictum" verba sunt Karsteni I, p. 79 »versum facit trochaicum:

οὐκ ἴση πρόκλησις αὕτη, ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ

vel iambicum senarium, verbis sic collocatis:

οὐκ ἴση
πρόκλησις αὕτη, ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ.

Non magnificentissime sentio de poesi Xenophanea, sed si huiusmodi versiculos (?) procudere philosophus potuit, quid hercle impedit quo minus ex verbis Aristotelicis tres integros lucri faciamus senarios ita pergendo:

ἀλλ' ὁ | μοία | καὶ εἰ | ἰσχυ | ρὸς ἀ | σθενῆ
πατά | ξαι ἢ | πληγῆ | ναι προ | καλέ | σαιτο?

Estne satis perspicuum Aristotelem non citare verba Xenophanis, sed sententiae cuiusdam summam suis verbis conceptam? Hinc corrigenda quae Karstenus p. 20 sq. de vita

eius et studiis disputans contendit iniuria a nonnullis Xenophani abiudicari iambicorum numerorum usum.

Parmenides apud Simplicium Physic. f. 31 A, B (Karsten l. l. p. 34), agens de *entis* substantia aeterna, sic canit:

vs. 66. *οὑτως ἢ πάμπαν πελέμεν χρεών ἐξιν ἢ οὐκί. οὐδέ ποτ' ἐκ τοῦ ἐόντος ἐφήσει πίζιος ἰσχὺς γίγνεσθαί τι παρ' αὐτό. τοὕνεκεν οὔτε γενέσθαι οὔτ' ὄλλυσθαι ἀνῆκε δίκη, χαλάσασα πέδῃσιν, ἀλλ' ἔχει κτέ.*

Quia intellego quid sit *remittere vincula*, non vero quid sibi velit *remittere vinculis*, contendo Parmenidi reddendum esse vs. 69:

χαλάσασα πέδησιν.

Substantivum nota analogia formatum e verbo *πεδᾶν*, quod substantivum hucusque non nisi apud sequiores repertum esse videtur.

Parmenides apud eundem l. l. (Karsten p. 38, Preller, Hist. Phil. p. 92):

vs. 103. *τὸ γὰρ οὔτε τι μειζον*
οὔτε τι βαιότερον πέλεναι χρεών ἐξι τῇ ἢ τῇ.

Prellerus correcto accentu edidit *πελέναι*. Scio quid sit *πελεμέναι*, sed *πελέναι* est monstrum vocabuli; pro quo quantocius Parmenidi reddatur *πελέμεν*, quod recte servatum est supra vs. 66:

οὑτως ἢ πάμπαν πελέμεν χρεών ἐξιν ἢ οὐκί.

Parmenides apud eundem ibidem:

ἦ γὰρ παντόθεν ἶσον ὁμῶς ἐν πείρασι κυρεῖ.

Verbum perispomenon *κυρεῖν* constanter corripit priorem syllabam, non aliter quam *μαρτυρεῖν*, quare reponendum *κύρει*, quod vocalem producit. Il. Ψ 821:

αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκή.

Cf. Hymn. in Cer. 189. Ω 530

ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

Verbum autem κυρεῖν alienum est a veteri Ionica poesi.

Parmenides apud eundem Simplicium l. l. f. 9, A (Karsten l. l. p. 42, Preller l. l. p.):

118. ἀτὰρ κἀκεῖνο κατ' αὐτὸ
ἀντία, νύκτ' ἀδαῆ, πυκινὸν δέμας ἐμβριθές τε.

Non *caeca*, *obscura* mire dicitur ἀδαής. Vide an forte ΑΔΑΗ confusum sit cum ΑΛΑΗ, ut philosopho reddi oporteat:

νύκτ' ἀλαὴν, πυκινὸν δέμας ἐμβριθές τε.

V. EPIGRAPHICA.

In d'ario *Revue Archéologique*, Mars 1874, pag. 145 sq. E. Miller agens de Graecis quibusdam inscriptionibus nuper repertis in Aegypto ita scribit:

»Le second fragment est plus considérable. Il contient huit lignes écrites avec une grande negligence. Il semble même que le lapicide se soit servi d'une fragment de pierre cassée, car *les lignes s'arrêtent très irregulièrement. Elles se conforment, aux exigences de la cassure*, en s'infléchissant vers la fin sous la forme d'une legère courbure."

Voici a peu près la physionomie de cette inscription:

ЄNΘAΔЄTHN.....ΠINY
THNKATAΓAIAKAΔYΠTЄIΠPЄI...
THNAΔOXONCЄMNON ΘAΔOCЄΞOXON
AΔΔO.NIOYAIΔNHNTHNMOIP
..IKPHTHCAΠOΓAIHCЄIKOCI
ΠЄNTЄЄTHZHCACAICON
XPONON...CЄTЄT
ΔOΓONNYNΠAPOΔЄI.

Quam inscriptionem vir doctus sic interpretandam et redintegrandam proposuit.

Ἐνθάδε τὴν ἀ[πλῶς] πινυτὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Πρεί(μαν) τὴν ἄλοχον, σεμνὸν θάλος ἔξοχον ἄλλο
ΝΙΟΥ ἀίδνην (sic) *τὴν μοίραν* (sic) *... Κρήτης ἀπὸ*
γαίης
εἴκοσι πέντε ἔτη ζήσασα ἴσον χρόνον...:
CETET λόγον νῦν παροδεί[τα].

Millerus si memor fuisset noti versus Homerici Il. *Z* 194, intellexisset, opinor, in lapide scriptum fuisse vs. 4to *ἄλλων*, itaque iungendum esse *ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ*, quod procul dubie male descriptum est pro *ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ*, i. e. *Ἰουλιανήν*, in quo nomine ad exemplum reliquorum nominum Romanorum huius terminationis seri quoque Anthologiae Graecae poetae paenultimam corripere assolent. Inde vero apparet vs. 2 male suppletum esse *Πρείμ(ην)*, quod falsum esse sequens *τὴν ἄλοχον* tantum non clamat. Requiritur enim mariti nomen in Genetivo. De vs. primo miror Millerum sic scribentem »Entre l'article *τὴν* et *πινυτὴν* quelques lettres *illi-*»*sibles*, dont la première est un A." Nam in exemplo literis quadratis supra a Millero proposito nullum est huius literae vestigium. Quae res utcumque se habet, Milleri coniectura *ἁπλῶς* est *ἁπλῶς ἀδύνατος*.

Fragmentum igitur sic constituerim:

Ἐνθάδε τὴν υυ — πινυτὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Πρείμ(ου) τὴν ἄλοχον, σεμνὸν θάλος, ἔξοχον ἄλλων,
Ἰουλιανήν, τὴν Μοῖρ υυ — Κρήτης ἀπὸ γαίης.
Εἴκοσι πέντε ἔτη ζήσασα ἴσον χρόνον — ῡ
CETET λόγον νῦν (?) *παροδεί(τα).*

Verbis autem *τὴν — παροδῖτα* quid faciam nescio. Nam praeter lacunas, quas probabili modo explere non possum, in ultimo versu *NYN* vitiosum esse metri ratio evincit. Fueritne *οὖν* an aliud dici nequit, ante quam reliqua restituta sunt, cuius rei sine meliore apographo exigua spes superesse videtur. — In alio epitaphio vulgato ab eodem ibidem pag. 151:

Πεντήκοντα τριῶν ἐτέων κύκλον ἠδ' ἀνύσαντα
αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ ἥρπασεν εἰς Ἀΐδην

ipse lapis vix aliud exhibere potest quam *ἐξανύσαντα* pro *ἠδ' ἀνύσαντα*, quod nihili esse unusquisque videt praeter Millerum, qui contra difficultates sentit, ubi nullae sunt, velut ad vs. 6:

πανδήμῳ ἐθνικῇ ἐξέφερε' ἐν σοφίῃ

annotans. »On est etonné a rencontrer *πανδήμῳ* comme un *dactyle*, dans ces vers qui ne sont pas trop mal tournés." Contra manifestum vitium metricum non sensit, quo laborat sequens distichon:

Δισσῶν γάρ τε τόπων πολιταρχῶν αὐτὸς(f.*αὐτὸς*,idem) *ἐτείμω.*

Sed fortasse aut apographi aut lapidarii error est, ut auctor *pessimorum versuum* scripsisse censendus sit *πολιαρχῶν*.

Sensu cassa sunt partim sequentia:

πάντα δέ σοι ἐπέοιχ' ὅσα τοι ψυχῇ πρὶν ἔκρυβες.

Nam *πρὶν ἔκρυβες* non potest significare quod putat Millerus *avant ta mort*. Quasi *ἔκρῡβες* dici potuerit pro *ἐκρύβης* (quae est sequior forma pro *ἐκρύφης*)!

Ultimorum versuum:

ἀλλὰ σὺ, ὦ παροδεῖτα, ἰδὼν ἀγαθοῦ τάφον ἀνδρός,
ὅν τε κατευφημῶν κοῖα (sic) *φράσας ἄπιθι,*
γαῖαν ἔχοις ἐλαφρὰν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον

partem sic interpretatur »adresse *lui* ces *douces* paroles d'adieu." Pro *κοῖα* fortasse *κοινά communia dicta* (i. e. *solitam formulam*) legendum; sed pronomen relativum non expedio. Epigrammata sunt infimae aetatis, partim obscura et ita pessima, ut paene irascaris talia tulisse aetatem, ubi quantivis pretii monumenta funditus interierunt. Millero nemo vitio verteret, si ista *silentio* premere maluisset, ita tamen, ut fecit, edenti et interpretanti difficile est ignoscere.

VI. AD HERMESIANACTEM.

Collatis iis, quae ipse notavi ad huius poetae elegiam servatam ab Athenaeo XIII, p. 597, *B* sqq., cum Meinekii *Analectis criticis ad Athenaeum*, video pauca quaedam restare quae cum aliqua fortasse utilitate moneri possint. Et primum quidem, vs. 4 :

Ἔνθα Χάρων ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
ψυχὰς οἰχομένων

ubi Lennepius *κοινήν*, Meinekius *κυανήν* scripserunt, nescio an lenius reponi possit *ἀκέων*, qualem lectionem pulchre exciperent illa

λίμνη δ ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ
ῥεῦμα δι' ἐκ μεγάλων συρομένη δονάκων.

Vs. sequenti receptam oportuit Valckenarii emendationem in quam, ut locum vidi, incidi et ipse *ἀνταίους* pro *παντοίους-θεούς*.

vs. 39. *ἦχθεε δ' Ἑρμόβιον κτέ.*

Nimis festinanter Meinekius recepit Bergkii correctiunculam *ἤχθετο*, cui obstat sequens Accusativus. Lennius et melius potuerat :

Ἦχθεν δ' Ἑρμόβιον.

vs. 51. *καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων.*
ϛελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσι.

Nihili sunt virorum doctorum in h. l. coniecturae *ἐφ' ὠμίλησ'*, *ἐφημιλλήσατο*. Gravis latet error. Dederat enim, si quid video, poeta:

καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἰδὼν ἐφίλησ' Ἀνακρείων
ϛελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσι.

Captus est mellifluus Anacreon Sapphus amore, cum eam in media Lesbiarum turba incedentem conspexisset. Nata est codicum scriptura e participio *ἰδὼν* primum neglecto tum superscripto lectioni ЄΦΙΛΗϹ. Si quis forte malit *ἰδὼν ἐφίλησεν Ἀνακρέων*, per me licet: ego alteram formam poetae elegiaco non eripuerim.

Bei **KEMINK & ZOON**, in Utrecht, sind erschienen und durch jede Buchhandlung zu beziehen:

Agamemnon of Aeschylus. (The) Revised and translated by J. F. DAVIES. 8°. 3 Mark 60 Pfg.

Aeschyli Agamemnon. Recensuit, emendavit, annotationes et commentarium criticum adjecit S. KARSTEN. 8°. 4 Mark 50 Pfg.

Aeschyli Choephorae. Cum interpretatione Latina et annotatione ed. A. DE JONGH. 8°. 3 Mark.

Euripidis Ion. Recensuit et commentario instruxit H. VAN HERWERDEN. 6 Mark 50 Pfg.

Francken, C. M., Disputatio critica de antiquarum Aeschyli interpretationum ad genuinam lectionem, restituendam, usu et auctoritate. 8°. 2 Mark 50 Pfg.

Francken, C. M., Commentationes Lysiacae. 8°. 4 Mark 50 Pfg.

Halbertsma, Justi Fil., **T.,** Lectiones Lysiacae. 8°. 1 Mark 80 Pfg.

Herwerden, H. van, Appendix ad studia critica in Poetas scenicos Graecorum. Gr. 8°. 1 Mark.

Herwerden, H. van, Excerpta e poetis Graecis. Kl. 8°. 1 Mark 60 Pfg.

Heusde, J. A. C. van, M. Tullius Cicero. ΦΙΛΟΠΑΑΤΩΝ. Disquisitio de philosophiae Ciceronianae fonte praecipuo. 8°. 3 Mark.

Heusde, J. A. C. van, Studia critica in C. Lucilium poetam. 8°. 6 Mark.

Hulsebos, G. A., Disputatio antiquaria inauguralis de educatione et institutione apud Romanos. 8°. 4 Mark 25 Pfg.

Karsten, H. T., Commentatio critica de Platonis quae feruntur epistolis, praecipue tertia, septima et octava. 8°. 3 Mark 50 Pfg.

Karsten, H. T., De Taciti fide in sex prioribus annalium libris. 8°. 1 Mark 80 Pfg.

Pindarica. Scripsit et edidit A. DE JONGH. 8°. 3 Mark.

Pindari carmina Olympia. Cum annotatione critica, interpretatione Latina et commentario edidit A. DE JONGH. 8°. 9 Mark.

Platonis Apologia Socratis, Crito et Phaedo. Accedit emendationis specimen in nonnullis reliquorum dialogorum. Edidit R. B. HIRSCHIG. 8°. 2 Mark. 70 Pfg.

Platonis Gorgias, syllogismo Socratico una cum Grammatica duce ed. R. B. HIRSCHIG. 5 Mark 80 Pfg.

Plutarchi Cinon. Commentariis suis illustravit et de vitae hujus fontibus disseruit A. EKKER. 8°. 3 Mark.

Raabe, A. H., Geschichte und Bild von Nero. Nach den Quellen bearbeitet. 8°. 10 Mark.

Scholte, A., Dissertatio Literaria continens Observationes Criticas in Saturas D. Junii Juvenalis. 8°. 2 Mark 80 Pfg.

Simplicii commentarius in IV libros Aristotelis de Caelo. Ex recensione SIM. KARSTENII, mandato Regiae Academiae Disciplinarum Nederlandicae editus. 4°. *Geb.* 19 Mark 50 Pfg.



G 305
Quaestiunculae epicae et elegiacae.
Widener Library
001946501
3 2044 085 075 638